

1723.

1. Bartholdi, Jacobus Riederius: *De condicione
num causa et pateritate?*
2. Beyer, Christopher: *De principe paschatis festinas
determinante. Programme, quo ad orationem
auspicalem invitata*
3. Consalvi, Franciscus Pius: *De jure provocationum,
et ambiguitate Romana erato.*
4. Daegenerus, Carolus Matthias: *No regalis
per centum auxilis.*
5. Dahl, Gottl. L. Bonis: *De famae vindicta
varidis erga Nabatene secundum ius naturale
considerata.*
6. Dinkelius, Graecus Wilhelmus: *Specimes diff.
rentiarum iuris communis et libeccinis Cr-
iminalis.*
7. Domroes, Christopher: *In successione ab im-
testato secundum statuta Præclausia.*

1725.

8. Gaertner, Petrus Gail : De Sigismundo, Romano
norum imperatore, Hungariae, Hungarie, Bohemie,
neial rege.

9. Hebenstetius, Thomaus Christianus : ~~Sic pro auctoritate~~
~~ratio et pax.~~ De homicida delinquentis ex-
que cisterio et pena.

10. Hebenstetius, Tho. Christianus : De differentia im-
penitentis delinquentis supplicio ..

11. Hugius, Petrus Humanus : De huiusmodi
traditorum ..

12^o. Hoffgarten, Petrus'ius Abrahamus de : De jure
rectigallium in Sacro Imperio Romano ..

13. Fockenus, Georgius Gurtelius : De iusti vindictis
rum apud Romanos.

R. 135
EXERCITATIO JURIS PUBLICI
DE

Publ. 15. num. 25.

JURE VECTIGALIUM IN SACRO IMPERIO ROMANO

1723, 12^o
AD
ILLUSTRATIONEM ART. VIII.

CAPITUL. CAROLINÆ

QUAM

CONSENSU MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
PUBLICÆ DISQUISITIONI

D. IX. JULII ANNO MDCCXXIII

H. L. Q. C.

S U B J I C I U N T

P R A E S E S

FRIDERICUS ABRAHAMUS
DE HOPFFGARTEN

EQUES THURINGUS

E T

R E S P O N D E N S

GODOFREDUS HEINRICUS
A NIZSCHWIZ

EQUES MISNICUS

LIPSIÆ
RECUSA 1742

(ii)



FRIEDRICHUS ABRAHAMUS

DE HOLTZGARTEN

EGESS THURINGIAE

ETAT

RESTITUTIONES


GODFREDUS HEINRICUS

A NISCHOMIS

LORES MUSICAES

TURSE

RECUSI-A-112



ILLUSTRISSIMO AC EXCELLENTIS-
SIMO DOMINO,
DOMINO
JACOBO HEINRICO
S.R.I. COMITI
A
FLEMMING,
SERENISS. AC POTENTISS. REGIS POLON.
ET ELECT. SAXONIÆ
MAGNI DUCATUS LITHUANIÆ STABULI
MAGISTRO,
COPIARUM TEUTONICARUM IN REGNO POLONIAE
DUCI, ET SAXONICI EXERCITUS GENERALI CAMPİ
MARESCHALLO,
DIRECTORI MINISTERII STATUS INTIMI AC
CONSILII BELLCI PRÆSIDI &c. &c.
DUCATUS POMERANIÆ ULTERIORIS
ET
PRINCIPATUS CAMINENSIS MARESCHALLO PRO-
VINCIALI HÆREDITARIO,
ST. JOHANNIS ORDINIS DESIGNATO COMMENDATORI,
DYNASTÆ BURGSCHEIDUNGEN ET WOLCZYN,
MARTENTIN ET BOECK,
RELIQUA
DOMINO MEO GRATIOSISSIMO.

ILLUSTRISSIME AC EXCELLEN-
TISSIME S.R.I.COMES
DOMINE GRATIOSISSIME



Emo felicius armorum gloriam, cum
togatae militiae ornamenti con-
junxit, quam ILLUSTRISSIMA
TUA EXCELLENTIA, quæ
rem Polonicam, Saxoniamque,
non imperio tantum militari, sed
consilio etiam tuetur, & liberalium disciplinarum
studiosa ingenia non minori gratia, quam Martis
alumnos) (3

alumnos prosequitur. Hac fiducia fretus, tentem
hanc operam meam ILLUSTRISSIMO NOMINI
TUO consecrare audeo, veluti pro tot beneficiis,
quibus domum nostram honorasti, pietatis aliquod
vestigial pensurus. DEUS Optimus Maximus, &
fortia facta ILLUSTRISSIMÆ TUÆ EXCEL-
LENTIÆ, & sapientissima consilia, ex quibus utris-
que immortalem gloriam diu acquisivisti, felicissimis
in republica, & ILLUSTRISSIMA TUA gente
successibus cumulet, illorumque fructu per plurimos
annos gaudere TE jubeat

ILLUSTRISSIME AC EXCEL-
LENTISSIME S.R.I.COMES,

ILLUSTRISSIMÆ EXCELLEN-
TIÆ TUÆ

FRIDERICUS ABRAHAMUS DE HOPFGARTEN.

CONSPECTUS DISSERTATIONIS,

SECTIO I.

De Jure constitueri vectigalia in Imperio Romano Germanico.

- §. I. Instituti ratio.
§. II. Varia vocis vectigalis acceptio.
§. III. Definitio Vectigalis.
§. IV. Synonyma vectigalis.
§. V. Divisiones vectigalium.
§. VI. De fine ac iustitia vectigalium.
§. VII. Definitio juris constitueri vectigalia in Imperio Germanico.
§. VIII. Juris constitueri vectigalia apud voces Romanos ratio.
§. IX. Origo vectigalium in Germania.
§. X. Olim soli Imperatores confiscabant vectigalia.
§. XI. Deinde statut in ejus juris consoritum vocabantur.
§. XII. De Revocatione vectigalium, interregni temporibus introductoriorum,
a Ludolpho I. & Adolfo Nassovio. §. XIII. nec non ab Alberto
Austriaco suscepta.
§. XIV. De dissipatione vectigalium sub Carolo IV. §. XV. Idem Imperator,
Electoribus ius percipiendi telaria recepta, concessit.
§. XVI. Quid circa vectigalia constitueri hodie obtineat.
§. XVII. Imperator cum consensu Electorum constituit vectigalia.
§. XVIII. At quantum tempora, origo consensu Electoralis referenda.
§. XIX. Quatenus reliqui Imperii statim ad constitutionem vectigalium con-
curravit, definitur.
§. XX. Quid imprimis circa constitutione vectigalia observari soleat.
§. XXI. Vectigalla, olim legitime concessa, confirmantur.
§. XXII. Litera Reversales singulis Electoribus ante concessionem privilegiis
exhibenda sunt.
§. XXIII. De augmento ac prorogatione vectigalium.
§. XXIV. Litera promotoriales haud danda.
§. XXV. Argumenta corrum refutantur, qui vectigalium constitutionem
soli Imperatori vindicant.
§. XXVI. Sanctionum penalium necessitas assertior.
§. XXVII. Pena abusus vectigalium.
§. XXVIII. Quantum olim in nova vectigalia indicentes, pena barba fue-
rint. §. XXIX. Et quid hodie circa penas ipsas infingendas obvient,
exponitur.
§. XXX. Permititur barbus, ut propriis viribus incommodis novorum
vectigalium se subducant.

§. XXXI.

SECTIO

- §. XXXI. Conatus eorum improbatur, qui vestigalia alio sub titulo exigunt.
 §. XXXII. Jus constitendi vestigalia nonnquam prohibetur.
 §. XXXIII. Quasi ventilatur, an quilibet status, propria auctoritate,
 vestigia de loco in locum transferre queat.
 §. XXXIV. De Jure scapulae.
 §. XXXV. De Jure Emporii.
 §. XXXVI. De Jure Geranii.
 §. XXXVII. De prescritione vestigialium exigendorum agitur.
 §. XXXVIII. Quando status Imperii, vi superioritatis territorialis vestigialis
 indicare queant, definitur.
 §. XXXIX. Vestigalia plerumque per investituram conceduntur.
 §. XL. Ad quem decisio controversiarum, circa vestigalia orationum, spectet,
 exponitur.

SECTIO II.

De Jure exercendi vestigalia in Imperio Romano Germanico.

- §. I. Definitio juris exercendi vestigalia.
 §. II. Quoniam in exercendis vestigialibus observanda sit norma.
 §. III. Vestigia exiguntur ab omnibus, qui non immunitate gaudent.
 §. IV. Duplex immunitatum fons traditur.
 §. V. Immunitates conceduntur, vel ab imperatore & electoribus. §. VI.
 vel ab ipso vestigial exercente: §. VII. vel a generalibus Germaniae legibus,
 ex quibus immunes sunt Imperator ac electores, certoque modo omnes
 status. §. VIII. Res, ad communem Imperii salutem facientes. §. IX.
 Camera Imperialis ac senatus Imperii aulicus. §. X. Clerici. §. XI.
 Equites sacri. §. XII. Academici. §. XIII. Nobiles Imperii immediati.
 §. XIV. Non autem regulariter secundum Germania usum, res, propriæ
 suis causa illata. §. XV. Nam pecunia numerata? §. XVI. Quis de
 dubia judicet immunitate.
 §. XVII. Immunitates stricte sunt interpretanda.
 §. XVIII. De prescritione immunitatis agitur.
 §. XIX. Modi tollendi immunitatem.
 §. XX. In qua specie salvatur vestigia.
 §. XXI. Mercium profilio fieri debet.
 §. XXII. Quia omessa, pana commissi locum habet. §. XXIII. Quoniam res
 in commissionem cadant. §. XXIV. Quo modo ille factio acquirantur.
 §. XXV. Quando illa pana esset. §. XXVI. Removetur obiectio, ex
 a. 27. l. 2. 28.
 §. XXVII. Quoniam in contumacis compotant remedia.
 §. XXVIII. De vestigialibus subsidiariis agitur.
 §. XXIX. Modi coercendi publicanorum malitiam.
 §. XXX. Actiones, vestigial exercentibus competentes.
 §. XXXI. Officium vestigial exercentium explicatur.

SECTIO



SECTIO I.

De Jure constituendi vectigalia in Imperio Romano Germanico.



Nter varia, qua animo agitavi argumenta, elegans illud juris vectigalium in Imperio Romano Germanico selegi, maxima ipsius præstancia, insignique, quam præstat, utilitate ductus. Non melatet, variorum etiam magni nominis virorum scripta hac de materia extare. Ea tamen omnia, partim ob nimiam generalitatem, atque prolixitatem, a scopo meo plane sunt aliena, partim autem ita comparata, ut justo quodam careant ordine, multasque tricas inexpeditas reliquerint. Accedit, quod nonnulli nimio Juris Civilis studio & amore incitati, omnia ac singula ejusdem principia nimis rigide, & saepius sat intempestive nostra Germania accommodare, legesque ac consuetudines domesticas plane profigare haud erubuerint. Quorum consideratione motus, assicerere non dubito,

A

dubito,

2 SECT. I. DE JURE VECTIGALIUM

dubito, argumentum hocce, evolu is licet omnibus de vectigalibus editis scriptis, nondum sufficienter, atq; ea, quam meretur, animi applicatione expositum fuisse. Huic igitur operi manuā admovebo, sedulamque navabo operam, ne ipse in errores, supranotatos, incidam. Quod, in quantum prässiterim, a quo benevoli lectoris judicio dijudicandum reliquo. Cum vero dupli ratione considerandum sit jus vectigalium, respectu scilicet, tam ad concedentem, sive constituentem, quam ad percipientem, sive exercentem, habito, naturalem hunc ordinem sequi, hancq; tractationem, in duas dispescendani sectiones, consultum duxi, ita, ut priorem explicando juri constitendorum vectigalium dicarem, alteri autem jus constituto jam vectigali utendi, illudque percipiendi, deducendum reservarem. Ante quam tamē rem ipsam aggrediar, brevem ipsius vocis vectigalis explicationem permittere, per opportunum fore puto.

§. II.

Varie vocis vectigalis a septione. Etymologiam igitur vociis vectigalis quod attinet, videtur illud a vehendo, aut a vectura, vel vectione ita dictum fuisse, quasi pro vestura certarum rerum datum.

In genere accipitur pro reditu publico, sive pro quolibet emolumento, quod fiscus ex re quadam capit, (a) quo significata omnia tributorum genera complectitur. Eodem modo Romani vectigalis vocabulum accepere, si denominationem agrorum vectigalium consideremus, de quibus pluribus infra agendum erit. Porro huic significatu originem debet illa apud Romanos vectigalium divisio, in vectigalia ex Salinis, metallis & piscariarum redditibus percepta, quorum indolem latius explicat Burmannus in diff. de Vectigalibus populi Romanis. Ali quanto specialiori, ac non secundum auctores enarratis, magis

videtur

magis proprio sensu venit vestigalis vox in divisione reddituum Imperii Romani, in decumas, Scripturam & Portorum. Decumæ erant redditus publici, ex agris cuius percepiti. De hisce vero agris tenendum, Romanos erga populos viatos, triplici ratione sese gessisse; Vel enim toti corundem agri in patrimonium reipublicæ redigebantur, vel primitis dominis, sub lege certa annua prastationis, collendi relinquebantur, vel denique eadem conditione, inter milites & plebem dividebantur. Annui eorum redditus, annuaque hæc præstatio impropriæ vestigal dicebatur, ac consistebat, modo in fructuum parte, modo in pecunia, quæ possessoribus pendenda imponebatur, prout Respublica, vel fructibus, vel vi pecuniarum opus haberet. (b) Diversa plane illorum agrorum erat ratio, qui municipiis, ad onera sustinenda, sacra perficienda, atque communes ædes conservandas, permittebantur. Nonnulli ipsorum sub certa, reali, atque perpetua pensione locabantur, quorum dominium utile, pariter ac in emphyteusi, (c) in conductorem transferebatur. Horum quidem pensio vestigal, & hinc ipsi agri, vestigales dicebantur. Alterum vestigalium, late ita dictorum, genus audiebat Scriptura, & pro pascuorum usu, ac pecorum pastione pendebatur, quæ eandem sere cum decumis naturam habet. Tertium deinde vestigalium genus erat Portorium, pro mercibus, vel importandis, vel exportandis, in portibus pendendum, quod tamen non solum ad portus adstrictum, sed etiam nonnunquam ob pontium aliarumque viarum publicarum usum solutum suisse, ex l. 60. §. 8. ff. loc. & l. 21. ff. de donat. int. vir. & lux. constat. (d) Et hoc quidem magis ad scopum nostrum pertinet, quare transmissis generalibus

vocis

A 2

SECT. I. DE JURE VECTIGALIUM

vocis vectigalis acceptationibus, ad specialem, atque propriam ejusdem idearum eruendam, nos convertimur.

(a) v. l. 7. pr. ff. d. publ. & vectig. & l. 7. de V. S. Ino, quod tam etiam rarius obtinuit, vectigalis vocabulum, ad redditas & fructus, etiam privatos, applicatum fuisse, ex antiquis conscriptorum monumentis.

(b) Ita e. g. a Provinciis, magna frumentorum copia abundantibus, ob creberrimas, in quas Romanae urbs incidebat, annonæ angustias, certa frumentorum pars annuatim in vectigal pendenda erat.

(c) Nonnulli enim inter agros vectigales, & emphyteuticos discrimen subesse statunt, quam tamen controversiam nostram non facimus. v. HILLIGER in Donell. encl. f. g. c. 13. Lit. D.

(d) Omnia hæc, de vectigalibus Romanorum dicta, a sua origine repetita, fusius persequitur, simulque varias, quæ in ipsis, mutatis Reipubl. formis, acciderunt vicissitudines, notat BURMANNUS de Vectigalibus Populi Romani.

Definitio vectigalis.

Vectigal igitur nobis dicitur pensio, pro uestura mercium, aut transitu personarum, curruum, jumentorum, aut navium, in compensationem usus atque refectionis viarum publicarum, & præstata securitatis publicæ, exsolvenda. Genius constitui pensionem, quia magis ad quantum, magisque clarum mihi visum est, quam quidem verba munieris, oneris &c. ab aliis, in describendis vectigalibus adhibita. Neque pecunia pro genere agnoscari poterat, cum nihil impedit, quo minus certa quoque mercium pars in vectigal pendatur. Objectum vectigalium imprimis posui duplex. Vel enim intuitu mercium, vel intuitu personarum, vectigal solvitur. Intuitu mercium, iterum exigitur, vel pro nudo ipsarum transitu, vel pro negotiacione, circa illas exercita, vel exercenda, quo respectu pensio est realis, respectu vero ad

IN SACRO IMPERIO ROMANO.

ad personas habito, personalis. Vecturæ igitur vocabulo, comprehenditur tam invectione, quam evectio mercium, pariter ac nudus earundem transitus. Vecturæ ideo nullam adjecti causam impulsivam, quia et si plerumque, non tamen semper, ob vecturam, negotiationis causa factam, sed saepius etiam, ob eandem, alia ex causa suscepit, exigi solent vestigalia. Ex quo simul patet, mercium vocem hic non adeo stricto, quatenus res, circa quas mercatura exercetur, denotat, sed paulo latiore venire significat. Finem denique vestigalium pro dupliciti illius, qui vestigalia exigit, obligatione, itidem duplum esse dicit, scilicet compensationem, & remunerationem non usus modo, atque refectionis viarum publicarum, sed & plena, in iisdem præstata securitatis. His omnibus bene perspis, facile apparebit, quam multis, aforum de vestigalibus traditæ definitiones, laborent vitii. Nonnulli enim cum SCHWEDERO (a) genus vestigalium constituant ærari principis redditum, cum tamen, ut infra demonstrabitur, vestigalium exercitium, in privatum quoque cadere possit. Alii, auctore ZIEGLERO, (b) magni alias ingenii viro, vestigal indistincte pensionem realem dicunt, adjecta ratione, quod vestigalium exercitium nullum laborem, ac sollicitudinem animi, sed solum sumus requirat. At enim vero, ut raceam, non solum sumibus, sed saepius, maximo quoque labore, animique vigilancia, ad legitimam vestigalium exactiōnē opus esse, ZIEGLERUS vocis realis improprium plane, & in consuetum sovet conceptum. Pension realis potius est, qua intuitu rei, aquocunque ipsius possessore, præstanda venit, & ita omnino duplex imprimis occurrit vestigalis objectum. Mitius peccant, qui cum GOELNIZIO

A 3

(c) per-

§ SECT. I. DE JURE VECTIGALIUM

(c) personalis vectigalium objecti, obscuriorem in definitio-
tione faciunt mentionem, referendo personas ad ea, quæ
circa merces sunt. Quæ opinio ideo non approbanda,
quia merces, & persona non adeo individuo junguntur
nexu, ut nulla earum absque altera unquam existere pos-
sit. Potius in omnibus iis, quæ solum de personis exi-
guntur, vectigalibus, peculiarem plane, ac a mercibus di-
stinctum, persona sustinent respectum. (d)

(a) In Jure Publ. Part. Spec. Sect. I. C. 20. §. 1.

(b) De juribus Majest. L. 2. C. 5. §. 5.

(c) De Regali Vectigali Jure C. 2. n. 22. seqq.

(d) Scil. ia pendendis vectigalibus. Quod enim ad mercium
vectoram, hominum opera concurrere necessario debeat, ve-
rissimum quidem, sed hoc non spectat.

§. IV.

*Synonyma ve-
tigalis.*

Ex hactenus dictis facile colligere licet, vectigal, &
tributum, generatim pro quaenque præstatione, principi-
ac reipublicæ facienda, acceptum, ut speciem, ac genus di-
stingui, plane autem ab eodem differre, si tributum illud
munus denotet, quod de immobilibus solvendum est.
Insignis quoque tributorum & vectigalium in eo posita
est differentia, quod partim, diversum habeant finem, par-
tim autem, diverso ex fundamento exigantur, illa scilicet
ex subjectione, hæc autem plerumque ex peculiari con-
cessione, hincque illa plerumque tantum subditis, hæc au-
tem etiam extraneis imponantur. (a) Quam plurima
vero dantur vectigalium synonyma, inter quæ maxime
portorium & telonium referendum, simulque bene no-
tandum, utramque hanc vocem in specialiori quoque si-
gnificatu accipi, ita ut portorium dicatur vectigal, in por-
tibus

tibus tantum solvendum, telonium autem denoret vestigal
navale, seu aquariorum. Et tunc respectum Synonimicum
cessare, ipsa ratio dicitat. (b)

(a) vid. KLOCK. d. Contrib. p. 20. & KNIPSCHILD. de Civit.
Imp. l. 2. c. 18. n. 10.

(b) Multa adhuc alia vestigia limm synonyma tradit GOELNIZ.
c. 2. n. 21. Qui tamen nonnullas vestigialium species, minus re-
ste synonymis annumerat.

§. V.

Ad divisiones progrederior vestigialium, quarum, re-
spectu ad objectum habito, adeo ingens datur copia, at-
que varietas, ut singulas recensere, nimis prolixum, atque
operosum foret, cum vestigialium species, pro diversitate
mercium, & pro innumera varietate commodorum, ex
vectura mercium, ac transitu personarum, percipiendorum,
pariter variare soleant. Omnes tamen haec diversae spe-
cies, ad duo summa genera, secundum duplicem merces
vehendi, & transeundi modum, quam optime reducun-
tur. Vel enim sunt terrestria, vel navalia, seu aquatica.
Illa aut pedestria, a pedite ac equite solvenda, & pedagia
dicta, aut vectoria, quae pro vectura erogantur, & dividun-
tur in vectoria in specie, ubi solo tantum inceditur, & pon-
tivegia, Brücken-Geld, ob pontium permeationem sol-
venda. (a) Aquatica autem dispescuntur in maritima, (b)
& fluviativa. (c) Quae nulla ulteriori indigent explicacione.
Ita communiter vestigialium divisiones tradi solent. Sed
non incongrue hisce addenda erit vestigialium, a duplice
ipsorum fine desumpta, divisione, ubi distingui possunt in ea,
qua pro usu, atque refectione viarum, & ea, qua pro securi-
tate publica praestanda, penduntur. Ad illam speciem re-
feren-

Divisiones vestigialium.

ferenda sunt pontivegia, Brücken-Geld, Wege-Geld, ad hanc vero guidagia, die Salute, qua minus recte inter vectigalia tantum terrestria connumerantur. (d) Insignis etiam vectigalium est divisio in ea, quibus soli subditi, & ea, quibus extranei quoque subjiciuntur.

- (a) Subdivisionem pontivegii in maritimum, fluviatricum, & ripaticum, tanquam superflua, merito rejicitur, in primis, cum secundum verborum proprium significatum, nullum, nisi in flumine detur pontivegium.
- (b) Ad quae, contra SCHWEDERI sententiam, non solum ea, quae ob trajectum maris, in portibus solvuntur, sed potius omnia illa sunt referenda, quae ob maris usum, aut saluum, in eodem praestandum conductum, indicuntur.
- (c) Quibus duabus speciebus, nonnulli præter necessitatem tertiam adjiciunt, scil. ripatica, pro vectigalibus, ob transitum de ripa ad ripam solvendis, German. Führ-Gerechtigkeit (non generaliter, pro omni, principi in ripas publicas, competenti jure) accepta. Ait ea, quam commodissime, ad priores duas vectigalium species, & in primis ad fluviatrica referri possunt.
- (d) Utiquid vult GOELNIZ l.c.

§. VI.

*Definē ac ju-
stitia vectiga-
lum.*

Cum autem omnia nostra negotia ad justitias dictamina dirigere necesse habeamus, merito etiam de vectigaliū indicendorum justitia sollicitos esse nos opportet. Hanc in genere demonstravit ZIEGLERUS (a) ejusque fundamentum in eo ponitur quod perpetua quædam sit commodorum & incommodorum connexio ac permutatio, & hinc ille, qui eximiis, partim liberi ad litora appulsus, liberique per maria occupata transitus, partim vero viarum atque portuum refectionis, ac securitatis publicæ commodis frui capit, levia etiam incommoda restituentorum non solum suorum, hunc in finem impensorum, sed & lucri

IN SACRO IMPERIO ROMANO.

Iuci, ex commercio, seu ex vectura & transitu capienda,
Cupote quo alias plane carere debuisset,) pro certa qua-
dam parte, communicandi, subire debeat, imo & invitus
ad officium redigi queat. ^{ad} Obstare quidem huic justicia
videtur multa argumenta eorum, qui in eam inclinant
sententiam, ut turpe Principi existimant, exigere merce-
dem pro eo, ad quod jam officii ratione obstrictus erat;
bene tamen notandum, hanc ratiocinationem non sem-
per procedere, sed principi, ad promovendam salutem
publicam obstricto, necessario quoque mediorum conve-
nientium usum relinquendum esse. Cum vero haec me-
dia maxime in vi pecuniarum consistant, vectigalium
autem redditus sint amplissimi, neminique insigne inferant
damnum, opere sane jure vectigalia a Principe exi-
guntur. Fundamentum vero dijudicandi, quatenus cer-
ta quadam in Germania vectigalia, vel juste, vel injuste
solvantur, expositis eorundem requisitis, in sequenti-
bus stabiliendum erit. Illud tamen hoc loco non præter-
eundum, inter omnes vectigalium species, pedagium
maximis obnoxium esse controversis, cum illud variis ex
rationibus pro injusto venditari soleat. Cui opinioni fir-
mandæ in primis allegatur l. 2. a 27. Q. N. (b) Sed solidis,
hisce dubiis, occurri potest responsionibus. Ut enim ta-
ccam, hanc Legem per contrariam Germaniæ consuetudi-
nem, sublatam esse, eidem etiam obstat, partim, quod
nonnulla via, pariter ac pontes, perpetua refectionis cu-
ra indigeant, partim autem, quod vectigalia non solum
pro refectione viarum, sed & pro securitate publica præ-
stanta pendantur. Jam vero, quamvis prior finis, maxi-
ma ex parte in pedite cesseret, restat tamen posterior, æque

B

magno

magnio gaudens favore. Nec majoris momenti illud est argumentum, quod ex c. 4. d. cens. in 6. deducitur. Cum enim ibidem clerici tantum, onere praestandi pedagii levantur, eo ipso regula in casibus non exceptis corroboratur. (c) Hac de Justitia vectigalium. (d) Prudentiam autem in iisdem indicendis, tam quoad personarum subjectionem, quam quantitatis determinationem, adhibendum, utrem, ad politices scriptores spectantem, me hac dissertatione non expositorum esse, sub initium hic statim moneo.

- (a) l. 2. c. 7.
- (b) Cuius verba haec sunt: Ein jeglich soll auch Zoll frey seyn, er fahre, reite oder gehe, wo er Schiffs oder Brücken nicht bedorff.
- (c) Hanc pedagorum justitiam, aliis adhuc adstruit argumentis LEHMANN, in diff. de Pedag. Th. 4.
- (d) Ipsius GROTHI maxime notandus est locus, utpote qui l. 2. c. 2. §. 14. de J. B. & P. ita dicit: Sed si, aut ad praestandam securitatem mercibus, aut inter cetera etiam ob hoc onera sustinentur, ad ea compensanda vectigal aliquod imponi mercibus potest, dum modus causa non excedatur. Inde enim pendet justitia, ut tributi, ita & vectigalis. Conf. l. 2. C. 3. §. 14.

S. VII.

*Definitio juris
constituendi
vectigalia in
Imperio Ger-
manico.*

Præmissis his, scitu admodum necessariis, jam sua sponte consequitur, jus constituendi vectigalia in Imperio Germanico, esse jus regale, quo Imperator & Electores statibus Imperii facultatem concedunt, pensiones pro vetera mercium, aut transitu personarum, curruum, jumentorum, aut navium, exigendi. Jure meritoque dicitur jus regale, quia majestatis est, providere, ne vel res publica ex labefactatione commerciorum quid detrimenti capiat, vel ipsa reipublica membra, ni-

miis

IN SACRO IMPERIO ROMANO.

11

mis vectigalibus graventur atque exhaustantur. (a) Institutio igitur vectigalium a summa in Republica potestate derivatur, quæ pro diversa reipublicæ forma, diverse quoque astimanda venit, ita ut in monarchia princeps, in Aristocracia proceres, in Democracy populus, in statu denique mixto, ii, penes quos summum rerum est arbitrium, jus vectigalium constituentiorum exerceant. Controversiam autem moveri solitam, anne jus vectigalium ad regalia majors, an ad minora referendum sit, apud ZIEGLERUM definitam reperies, (b) cui tamen non omni ex parte assentire possum, cum in concessione vectigalium non semper ad fisci emolumenatum, sed plerumque ad utilitatem reipublicæ respiciatur. Inprimis vero hoc fieri solet in eo casu, de quo mihi in hac dissertatione est sermo, ubi scilicet jus, redditus ex vectigalibus percipiendi, statibus conceditur. Plane enim non sollicitus ero de vectigalibus, a summa in imperio majestate, eum in finem constitutis, ut communis omnium statuum utilitas exinde directo promoveatur, communiaque imperii onera exinde sustineantur. (c) Hoc respectu quidem admitti posset, jus, illa tam constituendi, quam percipiendi, minoribus accenseri regalibus.

(a) His enim duobus modis, pro duplice vectigalia instituendi ratione, reipublicæ damnum inferri potest. Vel enim vectigali, noviter iudicato, soli extranei & mercatores, vel etiam subditi subjiciuntur. Priori casu commercia, ex quibus tamen maxima ad Rem publicam redundant emolumenta, imminuntur; posteriori vero ipse subditorum vires, si modus adhibetur, facile enervari possunt. Conf. c. un. quæ sunt regal.

(b) d. J. M. I. C. 3. §. fin. ubi scribit: Regalibus minoribus, pro iis acceptis, quæ fisco locupletando intervint, jus vectigalium.

B 2

tam



SECT. I. DE JURE VECTIGALIUM

tam constituentium, quam percipiendorum, contineri, hanc autem divisionem plane exprimare, si regalia ea dicantur jura, quæ a summo exercentur imperante.

(c) Deliberatum aliquando fuit de ejusmodi vectigali constituen-
do, sed res caruit effectu. v. C. LUNIO. R. Arch. P. Gen. I. Cont.
p. 446.

§. VIII.

*Juris consti-
tuentis
vecti-
gali apud
veteres Roma-
nos ratio.*

Antequam ad ipsam me accingam Germaniam, haud inconsultum fuerit, citra ea, quæ supra jam recensui, ali- quanto specialius in rationem juris constituendi vectigalia apud veteres Romanos inquirere, ut eo magis patet, quantum hoc ipsum jus, penes nos, ab illo differat, & quantum ex illorum moribus, ad hodiernum Germanicæ statutum applicandunt sit. Ita apud Romanos vectigalium constitutio a solius Imperatoris pendebat arbitrio, (a) ita, ut is, qui vectigalia propria auctoritate exigeret, pro iis, quæ rem circumstarent, vel criminis lese maiestatis, (b) vel criminis ambitus, (c) vel denique legis Julia de vi pu- blica reus fieret. (d) Et quamvis monumenta exactio- rum a civitatibus vectigalium, in LL. extent; (e) hanc tamen potestem a solius Imperatoris concessione deri- vandam esse, aliarum docent legum constitutiones. (f) Uberiorem hujus rei deductionem, si quis desideraverit, eum ad ZIEGLERUM (g) atque GOLNIZIUM (h) remitto.

(a) L. 10. ff. d. publ. & vect. *Vectigalia sine Imperatorum precepto,*
neque presidi, neque curatori, neque curia constituire, & bis
vel addere, vel diminuere licet. Ultima haec verba, quæ di-
minutionem prohibent, sine dubio, vel de diminutione, in
præjudicium reipublica tendente, vel de ea translatione vecti-
galiis intelligenda sunt, ubi alii eodem de novo gravantur, quam-
vis minus exinde percipiatur lucrum. Alias enim quælibet,
juri,

- juri, pro se introdecto, in proprium præjudicium, vel ex toto,
vel ex parte, renuntiare posse, nemo est, qui neget.
- (b) a. l. 3. ad L. Jul. Maj. qui privatius, pro potestate magistratum,
quid sciens, dolos malos gerit.
- (c) l. un. §. 3 ff. d. L. Julio arbit. Cum autem haec paulo altius
quaesita esse videantur, interpres vulgo illum casum suppo-
nunt, si quis euro in finem nova vectigalia excoigitaverit, ut in
primum confiliis, novas a principe consequeretur dignitates.
- (d) l. f. ff. ad L. Jul. d. vi publ. cuius legis dispositio tunc denuntia-
obrinet, si quis in exigendo vectigali, vim atque armam adhi-
buerit.
- (e) v. l. 10. C. d. vectigal. i. l. 3. C. d. compensat.
- (f) v. l. 10. ff. d. publ. & l. 10. C. d. vectig.
- (g) d. Jur. Maj. l. 2. C. 6. §. 1 2. ubi recenset, quenam olim, ad
concedenda vectigalia, exigerentur requisita.
- (h) d. Regali Vectig. jur. c. 4. n. 92.

S. IX.

Longe alia autem in Germania juris constituendorum
vectigalium conspicitur facies, & admodum pro temporum
ratione diversa, quod opime cognoverimus, si rem a suis
incunabulis, quoniam id fieri potest, repetamus, simulque
notemus, quibus gradibus ad hodiernam hujus juris ratio-
nem pervenire fuerit. Origo quidem ipsorum in Germania
vectigalium non ita accurate definiri potest, cum nulla
extent hac de re scriptorum testimonio, videtur tamen
illa referenda esse ad tempora, quibus Romanis pluribus
provinciis imperaverunt, quæ hodie ad Germania regnum
pertinent. Illi enim, ut in omnibus, Imperio suo subje-
ctis, ita & in Germania dictioribus, maxima induxere ve-
ctigalia, quæ usque ad tempora Regum Francorum exer-
cita, ab his autem magna ex parte abrogata fuerunt, reten-
tis solum pontenagiis, & vectigalibus stipularum, Brü-
ßel.

*Origo vectiga-
lium in Ger-
mania.*

den- und Staffel-Zoll, nec non iis, quæ pro viarum solvabantur refectione, & transitu, des Weg-Gelds, nomiae veniebant. Subsequentibus autem temporibus, alia quoque, & maius lucrum involventia, vectigalia invaserunt, ita, ut jam Carolus M. cœnobio s. Germani immunitatem a variis vectigalium speciebus concesserit. (a) Omnes horum vectigalium reditus ad regiam spectabant cameram. Ut autem, & obligationi sua reciproca satisficerent vectigalia percipientes, refectionis viarum curam officialibus regni demandabant, & ut illi officio eo majori animi solertia defungerentur, legatis seu missis regiis, territoria Germania, certis quibusdam statutis temporibus, permeantibus ac visitantibus, injungebatur, ut & in viarum publicarum qualitatem inquirerent. (b) Praeter hæc autem, multa vectigalia ex ingenti publicarum dissipationum malo originem traxisse, maxime est credibile. Antiquis enim illis temporibus, adeo magna, hæc regni pestis ceperat incrementa, ut ne quidem Electoribus, ad electionem imperatoris proficisciensibus, liber per regiones statuum pateret transitus, sed necesse esset, ipsorum incolumitati prospicere, & in Aurea Bulla status desinire, quibus onus, illos in itinere conducendi, incumbere. Ex his facile colligi poterit, multo minus privatorum, atque mercatorum personas ac bona, publica quædam securitate frui possisse, nisi illa a statibus, per quorum territoria iter dirigebant, iisdem præstaretur. Cum vero ad hoc nullo nomine obstricti essent statutus, æquum erat, ut pro insigni hoc officio, in solatum atque compensationem sumendum, præstandæ securitat publica impendendorum, non solum a mercibus, sed & personis ali-

quid

IN SACRO IMPERIO ROMANO.

15

quidaceiperent. Cum autem deinceps sub hoc prætex-
tu, exactiones nimis ingravescerent, & multo maiores,
quam quibus ad salvum conductum praestandum opus erat,
pecuniarum summae exigentur, necessitas postulabat, ut
huic rei, nimis ad injustitiam deflecenti, modus pone-
retur.

(a) v. Aimon. l. 5. C. I.

(b) Hac omnia fuisus deduxa, reperiuntur apud LEHM. in
Chron. Spir. L. 2. c. 44. quanquam & Francorum reges po-
tuerint, citra exemplum Roinanorum, ejusmodi redditus
constituere.

S. X.

Omnia igitur tunc in Germanico Imperio vectigalia,
ad solum pertinebant Imperatorem, ita ut ille, qui conces-
sionem Imperatoris non exhibere posset, vectigalia titulo
illegitimo & injusto exigere crederetur. (a) Invalecente
vero, in animis hominum, auctoritate Clericorum, inter
alia summa & egregia Imperii jura, multa quoque pedetен-
tim vectigalia Episcopis concessa fuerunt. Cujus rei initia-
um, in primis a tribus Ottonibus deriyandum esse, antiqui
historiarum testantur scriptores. Certe, si antiquiores ori-
gines statuere aliquis malit, exempla tamen frequentiora
jam sub Ottonibus reperiet. Ita enim Otto I. Episcopo
Spirensi, inter alia eximia jura, facultatem conceffit, re-
ditus vectigalium, in ipsius territorio introductorum, non
ad fiscum regium conferendi, sed in propriam convertendi
utilitatem, quod ipsum privilegium Otto III. Ruperto, Epi-
scopo Spirensi confirmasse legitur. (b) Idem Archiepisco-
po Magdeburgico omne telonium concessit, quod in Mag-
deburg constitutum fuit. (c) Non tamen vectigalium do-
nationes ad solos adstricta fuerunt Episcopos, sed potius
fensus

Olim soli Inve-
teratores con-
stituebant ve-
ctigalia.

16 SECT. I. DE JURE VECTIGALIUM.

sensim sensimque status imperii quoque seculares, vectigalium beneficia ab Imperatoribus partim obtinuerunt, partim cum territoriis, quæ olim jure personali administrabant, in perpetuum ipsi sibi vindicarunt. Liberis quidem Imperii civitatis, vectigalium partem, olim ad cameram Imperialem pertinente, concessam suisse, testatur LEHMAN. (d)

(a) Inniuit hoc claris verbis l. 1. t. 12. Spec. Suev. Dass alle Zölle, die im Röm. Reich sind, eines Röm. Königs und wer sie will haben, er sey Pfarr oder Ley, der muss sie haben von dem R. R. und von dem Romischen König. Et deinde: Wir verbüren alle, die in unserm Reich sind, dass sie keine Zoll nehmen, ohne unsern Urlaub. Idem habetur in der weltl. Reform. Sigism. c. 2. n. 3. haben weltliche Herren Zoll innen, die sollen sie bekommen, dass sie ihnen Lehn-Weise empfohlen seyn, sie midgen mit Recht nicht forenchen, dass sie ihr sind. v. Goldast Conflic. Imper. fol. 128. & 350.

(b) Verba ipsius privilegii, quod LEHMANN. in Chron. Spir. l. 4. c. 3. exhibet ita concepta sunt: neque aliquid de predictis, vel de moneta, vel de teloneo, vel ex sullare, in fiscum regium transserre.

(c) LEVBERI Magdeb. Stapel Uersug. n. 1181. 1184. 1190. 1613. Aliud telonii privilegium, ecclesie Gandersheimensi concessum, vid. ap. LEIPN. Tom. 3. p. 713.

(d) CHR. SPIR. l. 4. c. 3. Conf. PAVRMEIST. d. Jurisd. l. 2.

c. ult. n. 2. seqq. S. XI.

Deinde status in ejus juris consorium vocabantur. Quamvis autem in historiis nullius certi temporis existentio, quo status Imperii obtinuerint, ut ipsi quoque in communionem juris concedendorum vectigalium vocarentur; certum tamen est, hunc morem jam temporibus Henrici III. Imperatoris invalidisse, & Fridericu[m] I. teloniu[m], Theodorico, Comiti Cliviz ab Imperatore Henrico III.

IN SACRO ROMANO IMPERIO.

17

co III. concessum, tanquam irritum revocasse, addita in Diplomatica revocationis ratione, quod in ejusdem concessione, Principum Imperii consensu non requiritus fuerit. (a) Prima autem expressa constitutio, qua Cæsar's arbitrium in concedendis vectigalibus, circumscripsum fuerit, est forte, quæ sub Friderico II. in Curia solenni Francofurtana, lata esse deprehenditur. Ipse etiam Fridericus II. propter hanc legem Gerhardo, Comiti Gueldriæ, novi vectigalis exactio ne interdixit. (b)

(a) FRID. & SANDE Comment. ad Consuet. Geld. I. 2. c. 5. n. 5.
ibi: *Dicitam concessionem, que sine constantia & consensu Principum Imperii facta est, cassavimus.*

(b) v. GUIL. HEDAMI Chron. Traject. ubi: *Quia cum apud Frankenfort in curia solenniter indicta, judicio præsidemus, per principes, qui ibidem aderant, talis data fuit sententia, & ab iisdem approbata, quod nullam auctoritatem seu Warandiam telonei, in damnum vel prejudicium alicujus, nostra præstare serenitas potuisset.*

§. XII.

Exacta tamen hujus constitutionis observantia, valde De revocatione vectigalium interrupta fuit morte Friderici II., eamque subsecuto inter regno. Turbulentis enim ipsius temporibus, inter alias in tempore signes status publici mutationes, jus quoque vectigalia probus introducitorum, a Rudolfo I. & quidem ex lucidis auctorum testimonijis, urchote quibus hac Adolpho Naso in parte destituimur, sed tamen ex ipso effectu, & ex comparatione status ante Interregnum, cum statu post illud, luculenter satis appetet. Hinc & finito interregno, necesse erat, ut Rudolphus Habsburgicus in Comitiis Herbipolensis, an. 1:87: habitis, graviter hanc in rem animadverteret,

C

acer-



acerbamque contra omnes, nova vectigalia instituentes, ederet constitutionem, qua in R. Imp. d. a. 1291. repetita legitur.

(b) Latius adhuc progrediebatur Adolphus Nassovius Imperator, qui non solum vectigalia, noviter indicta abolere, sed & ea, qua olim ad redditus Imperatorum spectaverant, a statibus autem detinebantur, revocare tentavit, irrito tamen successu, cum status vehementer contradicerent, atque Imperatori præscriptionem immemorialem, justumque possessionis titulum opponerent. Imo hoc facto præcipue, irritasse adversus se Electorum animos videtur.

(a) LEHM. Chron. Spir. L. 5. c. 95.

(b) Ap. LEHM. in Chron. Spir. L. 5. C. 108. p. 556. So gebleten wir, daß niemande keinen neuwen Zoll, noch Geleit machen und nehmen soll, weder uff Land, noch uff Wasser, und daß alle die Zoll, diemit Utrecht gehöhet sind, anders denn sie von Alters gesetzet sind, daß dieselbe Höhung ab si, und der Zoll belibe, als er zu recht soll, schwer darwider thut, der hat den Land-Frieden gebrochen, und um den Bruch so ist er in der Achte, und in des Babestes Banne, den man jergleich kündet an des Anclases Tage, und in des Legaten Bann, den er über unrechte Zolle zu Würzburg in dem Concilio gefunden hat.

§. XIII.

Nec non ab Alberto Au-
*striaco suscep*ta**

Aliquanto feliciorum successum habuit similis Alberti Austriaci conatus. Cum enim durante interregno, in primis Moguntinus, Trevirensis atque Colonensis, Archiepiscopi, vectigalia Rhenana usurpassent, Imperator vindicare illa apud animum constituit. Misit igitur a. 300. ad eos legatos, qui restitutionem vectigalium ablatorum peterent. Cum autem Electores nequaque a sententia decederent, (a) sed potius Rudolphum Palatinum, judicem constituere vellent, imo de abdicando Imperatore confilia

IN SACRO IMPERIO ROMANO.

319

lia inirent, (b) bellum iisdem intulit, devastatisque illorum dictionibus, ad obsequium illos reduxit, ita ut pacem pange, vestigaliaque restituere cogerentur.

(a) v. Chron. Colmar. P. 2. p. 61.

(b) v. AVENTIN. l. 7. c. 13. n. 6. it. GERHARDI a ROO Annal. l. 2. p. 62.

(c) Historiam hujus belli latius descripsit LEHM. Chron. Spir. l. 7. c. 3. p. 625. seqq.

S. XIV.

Reditus autem Imperii, ex vestigibus percipi solitos, quos prædicti duo Imperatores laudabili atque salutari instituto restaurare, omni opera annisi fuerant, paulo post magis adhuc dissipavit Carolus IV. Imperator. Non enim solum nimis prodigum in vestigibus Imperii alienandis, sed & nimis facilem in novis concedendis, sece exhibuit. Præcipuum huic dissipatio*n*i ansam dedit, filii electio in regem Romanorum. Ut igitur electorum lucraretur vota, ipsis tam vetera, quam nova, partim in dominium concessit, partim oppignoravit vestigalia. (a)

(a) v. Chron. Magd. ap. MEIBOM. T. 2. p. 348. DUBRAV. hist. Bohem. l. 22. p. 596. AVENT. Ann. Bojor. l. 6. TRITHEMII Chron. Hirz. ad ann. 1371. LEHM. Chron. Spir. l. 7. c. 40. l. 4. c. 3.

S. XV.

Præterea adhuc de Carolo IV. notandum, ipsum, per Idem Imperator Electoribus in genere jus percipiendo, jus percipiendi rum vestigium, in territoriis suis receptorum, tribuisse. *Idem Imperator* Electoribus *jus percipiendi* *recepit*. Quo tamen ipso, nomine jus constituendi pro lubitu vestigalia acquisivere, utpote cuius ibi nulla plane sit mentione. Neutquam vero sententiam CRUGERI. (b) & SCHWEDERI. (c) admittere possum, qui, nescio qua ratione

C 2

AVON



tione commoti, statuunt, per hunc Aureæ Bullæ textum, primum electoribus, & deinceps demum reliquis statibus vectigalia concessa fuisse. Ex supra dictis enim satis patet, status seculares jam longe ante Caroli IV. tempora, vectigalium concessiones ab Imperatoribus impetrasse.

- (a) Cap. 9. theolonea in præterito statuta & indicta percipere.
- (b) d. Jur. Elect. dict. 8. §. 2.
- (c) Part. Spec. Sect. I. c. 20. p. 535.

§. XVI.

*Quid circa vec-
tigalia consti-
tuenda hodie
obtineat.*

Expositis hacdemus diversis iuris constituendorum vectigalium mutationibus, ad noviora accedimus tempora, quibus, dimisso magna ex parte, jure incerto ac confuetudinario, jure certo ac scripto uti coepit Germania. Statim igitur ac Imperatoribus, Imperium adipiscientibus, Capitulationes praescribi confuerunt, vectigalium quoque jus sollicite ii dem definitum fuisse deprehendimus. Nobis tamen sufficiat, art. VIII. Capitulationis Invictissimi nostri Imperatoris, quo omnia, in præcedentibus Capitulationibus dispersa atque manca, in unum collecta, ac prolixè deducta reperiuntur, tanquam plenissima hujus rei normæ inherere, & hac ratione hodiernam juris constituendorum vectigalium faciem exponere. Ipsa vero hæc prolixitas ratio est, cur omnia c. § vi verba non apponere, sed potius principia ipsius capita annotare, simulque nonnullos ejusdem textus, locis convenientibus inserere, apud annum constituerim.

*Imperato-
rum Consensu
Electorum
constitutis ve-
ctigalia.*

§. XVII.

In genere ibi hæc traditur regula, quod status, neque propria autoritate, neque solo Imperatoris consensi fregi, nova

IN SACRO IMPERIO ROMANO.

21

nova indicere queant vectigalia. Promittit ergo Imperator, se omni vectigalium concessione abstenturum esse, (a) nisi antea consensum Electorum unanimem obtinuerit, (b) ita, ut illa, qua non requisito hoc consensu exercentur, ab Imperatore non defendi, sed potius tolli debeant. (c) Notandum etiam, hunc consensum olim qualicunque modo peti potuisse, ita, ut etiam singulorum vota separatim, & successu temporis conquerire lieuerit. Sed cum multis, hic procedendi modus obnoxius animadverteretur periculis, in capitulatione Ferdinandi III. art. 20. consensus Electorum collegialis exigi coepit, quia in consensu collegii, & mutua deliberatione, negotia magni momenti magis examinati, atque accuratius expendi solent. Nondum vero hac ratione prioribus incommodis satis occursum erat, cum causus forte existere posset, ut maxima Electorum pars, nullum ex vectigali, noviter concedendo, damnum sentiens, contradictionibus unius, aut duorum Electorum, damnum exinde percipientium, neglectis, facile in inductionem vectigalis consentiret. Sequentibus igitur capitulationibus dispositum fuit, ut servato consensu collegiali, concessio vectigalium inter ea referretur negotia, quibus expediendis, non nisi unanimia Electorum vota sufficerent. Et jam olim ipsos per peculiare literas consensum suum impetravisse, testatur diploma FRIDERICI S. pientis, apud MULLERUM.

(d) Nullam igitur, neque Pontificis, neque concilii Lateranensis, (e) circa constitutionem vectigalium, agnoscimus autoritatem.

(a) a. VIL Cap. noviss. Wir sollen und wollen auch --- keinen Zoll von neuen geben.

(b) Quod ibidem sollicite his verbis exprimitur: Es sey denn, nicht allein mit aller und ieder Churfürsten Wissen und Willen, zu lassen

C 3

SECT. I. DE JURE VECTIGALUM

- (b) lassen und Collegial-Rath, auch einhelligen Schluss also in diesem Stück verfahren, daß keines Churfürsten Wiederrede, oder Disfens dagegen, und der gestalte alle und jede in Dero Collegial-Stimmen einmütig seyn, machen disfalls die majora nicht zu attendiren, und ohne die unenimis nichts zu Stande zu bringen.
- (c) v. a. 19. Cap. noviss. auch zu Behauptung der neuerlichen, ohne Consens derer Churfürsten, und sonst den vorher gegangenen 8. Articul zu gegen, unternommene Zölle, Auslage und Attentaten, einigen Proces oder Mandata nicht erkennen. Idem habetur in I. P. O. a. 9. §. 1. ibi: *tollantur vectigalia & telonta penitus, qua sine consensu Imperatoris arque Electorum Imperii inventa sunt. Spectat huc Edictum D. Leopoldi, ap. Cl. LUNIG. Reichs-Arch. P. Gen. p. 506.*
- (d) *Zm Reichstags-Theatro unter Kaiser Friderico V. p. 141.*
- (e) *Itaque non attenditur in Germania c. super quibusdam. 30. S. præterea X. d. V. S.*

§. XVIII.

Ad quenam tempora, origo hocce jus, exclusis reliquis statibus, (quorum consensus, ut ex exemplis supra allatis patet, olim pariter necessarius erat) sibi solis afferuerint, non certo constat, probabile tamen est, originem hujus rei partim ab interregno, partim vero ab iis temporibus derivandam esse, quibus Electores concedere capitulationes soli coeperunt, & ita antiquissimis juribus suis prospiciendi, occasionem optimam nacti sunt. Id certum est, temporibus adhuc Friderici III. vectigalium constitutionem Imperatori cum omnibus statibus communem suisse. Omnes enim status in concessionem vectigalis an. 1468. Rudolpho, Episcopo Herbipolitano factam consenserunt. (a) Jam antea tamen Rupertus Rex promiserat, se nulla nova ad Rhenum vectigalia,

IN SACRO IMPERIO ROMANO.

23

lia, sine Electorum consensu constitutere velle. (b) Etiam non semper observata fuisse, docet ve Aligal, a Friderico III. a. 1487. Episcopo Salisburgensi, propria auctoritate concessum. (c)

(a) Cl. LUNIG. I. Contin. 3 Forts. p. 336.

(b) ID. P. Gen. I. Cont. p. 28.

(c) ID. I. Contin. 3. Forts. p. 119.

S. XIX.

Non omnes igitur status in consortium juris constitutendorum vestigialium vocantur. Haud leve quidem huius sententiaz obstare videtur argumentum, ex Instrumento Pacis Mon. a. 10. §. 13. desumptum, ubi auctoritate omnium Imperii statum, Vestigalia ad litora, portusque Pomera-
nia & Megapoleos, in Suecos transferuntur. Sed peculiari ac specialissimus fuit hic casus, ex quo nulla plane generalis potest formari regula, cum ibi de plenaria, ab omni Germania, Regi Suecia praestanda satisfactione ageretur. His tamen, qui ex novo vestigali datum sibi immancem peritam, illud beneficium relatum sicut ne gravamina sua Electoribus exhibere queant. Fuit haec ratio, cui Silesiae status in novo Gluckstadtensi vestigali tam acriter se opposuerint. (a) Quibus deinde accessere status, imprimis circuli Saxoniz Superioris & Inferioris, qui omnia exinde ad se redundatura dantia prolixè demonstrarunt. (b) Hoc autem beneficio fruuntur maxime vicini, & status circuli, ad quem novum vestigal petens refertur. (c) Transmissa monita bene ab Electoribus perpendenda, atque examinanda sunt, (d) iisque pro gravibus habitis, vestigialis concessio perenti deneganda est. (e) Ex quo ipso pater, eadem monita, si ex mera contradicendi libidine, aut aliis parum solidis causis profluant, minime attendenda esse. Suo exemplo

*Quatenus reliqua
qui Imperii
status ad con-
suetudinem
vestigialium
concurrent,
definitur.*

exemplio illud comprobavit civitas Bremensis. Hac enim, cum vectigali, comiti Oldenburgico, ab Imperatore & Electoribus concessis, ac in Instrumento Pacis a. 9. §. 2. statu bilito, pertinaciter se opponeret, an. 1652. banno notata, coque subsequenti demum anno, post præstitam cautionem de non amplius turbando, absoluta est. (f) Cum etiam porro æquum sit, ut statibus, quilibetimo observato modo, vectigalia acquisiverunt, & ita jus quoddam quæsuumum nacti sunt, non temere per novas vectigalium concessiones præjudicium inferatur, promittit Imperator, se una cum Electoribus omni opera hoc præcavere velle. (g) Ex qua ratione sit, ut illi, qui, dum vectigal petunt, antiquum quodam in loco designato vectigal retinerent, privilegium suum sub & obreptitie obtinuisse credantur.

- (a) Memoriale statuum Silesia exhibit Cl. LUNIG. in script, illustr. p. 85.
- (b) ID. Reichs-Archiv. T. III. p. 596. 606.
- (c) a. VIII. Capit. Noviss. sondern auch die interessirte benachbarte und derjenige Kreis, in welchem der neue Zoll aufgerichtet --- darüber gehöret.
- (d) Ibid. Deren darwider habende Bedenken, und Beschwerden gebührend erwogen, &c.
- (e) Ibid. und nach befundener Billigkeit, beobachtet werden.
- (f) Protocollo Senatus Imperii hac in causa, extat ap. LONDORP. T. 6. p. 802. seqq. Rationes juris Oldenburgici leguntur ap. Cl. LUNIG in der Grund-Beste p. 2. p. 523. Conf. BURGOLDENS. disc. ad Instr. pac. p. 3. §. 12.
- (g) Ibid. und neben dem Churfürstl. Collegio, iedemahl dahin sehen, damit durch die ertheilende neue Zolle und Concessiones, andere Churfürsten, Fürsten und Stände, an ihrem vorhin habenden Zoll-Einkünften und Rechten, keine Vermin- gerung, Nachtheil, oder Schaden zu leiden haben.

§. XX.

S. XX.

Cum autem ante omnia in concedendis vestigalibus quid imprimic
petitis, ad ipsorum quantitatem respiciendum sit, fieri solet, circa confisiu
menda vestigia
omnibus vestigalis circumstantiis, se a petente certiores solent.
ut Electores, antequam consensum suum impertiantur, de tia obseruari
reddi current. Quod accidit a. 1619. Comiti Oldenburgo, electorum consensum, ad indicendum novum vestigal, imploranti, utpote cui ab electoribus injungebatur: Das er zuvörderst eine leidige Zoll-Nolle begreissen,
und dieselbe dem Chur-Fürstlichen Collegio, ad referen-
dum & approbandum übergeben solle. (a)

(a) LIMNÆUS ad Capit. Ferd. II. a. 18.

S. XXI.

Quemadmodum vero omnium legum ea est indo-
les, ut effectum suum non facile in præteritum, sed solum vestigalia,
olim legitime
concessa confir-
mantur.
in futurum exserant tempus; ita & nova hac lex, de con-
sensu electorum unanimi lata, vestigia illis temporibus
concessa, quibus concessio corundem, vel a solo Impera-
tore, vel a majore Electorum parte, adhuc penderet, mi-
nime irritare reddere potest. Expressa potius Capitulationis
lege provisum est, (a) possessores in quieta illorum posses-
sione relinquendos esse, addita siue hac æquitatis ratione,
quod vestigalia, prioribus seculis, legitimis illorum tem-
porum exhibitis requisitis, concessa, æque legitimo nite-
rentur fundamento, ac ea, in quibus concedendis, hodi-
ernæ observarentur solennitates. Clausulam hanc adjici,
ipsa Electorum suadebat utilitas, utpote qui, majorem ve-
stigialium partem tenentes, omni meliori modo sibi pro-
spicere, consultum duxerunt.

D

(a) a. 8.

(a) a.3. Cap nov. Doch ohnbeschadet der, vor Aufrichtung gewärtiger Wahl-Capitulation, mit Beobachtung der zu selbiger Zeit erforderlichen Requisiten, gewillt grec, und von unserr Vorfahren, Rom. Käysern, absonderlich denen Churfürsten des Reichs ertheilter, und in Observanz gebrachter Zoll-Concessionen, Prerogationen und Perpetuationen. Perpetuationis ideo expressa facta fuit mentio, ne ratione vectigalium, a Carolo IV. Electoribus oppigneratorum, & ob non factam reuolutionem, per longinquam possessionem perpetuorum, ipsis ulla unquam moveretur controversia.

§. XXII.

Littera Rever-
sales singulis
Electoribus
ante concessio-
nem privilegiis
exhibenda sunt

Restat adhuc singulare quoddam notandum, vectigal petens, literis reversalibus exhibitis, (a) Electoribus, spondeat immunitatem. (b) Idque adeo stricte observatur, ut ante exhibitionem harum literarum, non emanare debant vectigalium concessiones. (c) Imo Imperator promittit, se velle illos, qui debitas dictas literas nondum tradiderint, sub comminatione privilegii concessi amittendi, ad officium redigere. (d)

(a) a. VIII. Cap. Noviss. Auch sollen und wollen wir diejenigen Stände. xc.

(b) ibid. mehrgedachte Churfürsten, deren Gesandte und Nächte, und deren Witben und Erben, bey ihren Ein- und Abzug, wie auch ihren Unterthanen, Diener, Zugewandte und andere gesreyete Personen, auch derer selben Haab und Güther, &c.

(c) ibid. denen aber, so ins künftige obbeschriebener massen, neue Zölle, oder der alten Ersteigerung, oder Prerogation erhalten werden, wollen wir von Herausgebung solcher Reverse, unsere Kaiserliche Concessione keines weges aussertigen, noch erheilen lassen.

(d) ibid. auch bey Verlust des concedirten Privilegii.

§. XXIII.

§. XXIII.

Omnia ea, quæ hactenus de modo & requisitis con-
cessione novi vestigalis facienda dixi, etiam ad augmen-
tum ac prorogationem veteris, itemque ad perpetuationem
temporalis vestigalis, applicanda sunt, ita, ut in augendis
exiguis, & prorogandisiis, quæ ad certum tempus concessa
fuerunt, pariter ac in concedendis novis, nihil decernat Imperator sine consensu Electorum unanimi, (a) & antequam statuum vicinorum gravamina audita ac remota fuerint. (b)
Optimo consilio hoc statutum est, cum, si ad effectum re-
spicias, vestigalis veteris augmentum, vel temporalis pro-
rogatio ac perpetuatio, paria cum novi concessione invol-
vat incommoda, pariaque cum eadem tribuat lucra. (c)
Accedit, quod omnes, de vestigalibus concedendis, latæ
constitutiones, inanes forent, si aut soli Imperatori, aut
statibus ipsis, facultas vetera prorogandi competenteret.

(a) v. Cap. noviss. art. VIII. ibid. noch einige alte erhöhen, oder prorogen lassen, auch von uns selbst keinen aufreichten, erhöhe, oder prorogiere, sc.

(b) Ibid. oder ein alter erhöhet, prorogiret, oder perpetuiret werden will, sc.

(c) Lucra scil. intelligenda sunt ratione vestigal exercentis, damna vero ratione illorum, qui eidem sunt subjecti. Bene recensentur hac incommoda R. I. d. a. 1576. ubi postquam in §. 116. novi vestigalis exactionis, & veteris extensionis fit mentio in §. 117. ita pergitur: dadurch (scil. utraque prædicta ratione,) denn nicht allein die gemeine Gewerbe, Commerzien, Verkaulen, und alle Handthierung zu noch höhern Aufschlag, Werth und Theurung merklich getrieben, auch leichtlich Ursache zur Ungeduld, und schädlicher Empörung geben möchte, sc.

§. XXIV.

*Littera promoto-
riales hand
danda.*

Adeo vero invisa sunt novæ vectigalium concessiones, ut omnibus modis ipsis præstructum, fuerit, & Imperator quoque promiserit, se nullis plane literis commendatiis, consensum Electorum promotorum esse. (a) Hujus dispositionis ea potissimum videtur esse ratio, ut Electorum ad vectigalia concedenda consensus, eo liberior esset. Namque commendationes, a superiori factæ, terminos nudæ consilii egredi, & sapissime cum vi quadam coactiva conjunctæ esse solent, aut ad minimum metum futuræ indignationis injiciunt.

(a) vid. Cap. noviss. ibi: Keine Vertröstung oder Promotorial-Schreiben an die Churfürsten geben, noch ausgehen lassen, sondern dieselben (sc. vectigalis concessionem petentes,) schlechterdings, einer Collegial-Beratung der Churfürsten zu erwarten, erinnern.

§. XXV.

*Argumenta
orum refu-
tantur, qui
vectigalium
constitutionem
soli Imperatori
vindicant.*

Gravia sane, atque maximi ponderi sunt argumenta, quibus necessitatem requirendi consensus Electorum in constitutione vectigalium, firmavi. Non tamen desuerunt, teste KLOKIO, (a) qui verissimam hanc assertionem, in dubium vocarent, variisque excogitatis rationibus, jus constituentorum vectigalium soli Imperatori affererent, quas, paulo specialius evolutas, breviter resellemus. Primum illorum fundamentum continetur, R. I. d. a. 1576. (b) quo status nonnulli, in indicendis novis vectigalibus, neque Imperatorum, neque Electoralem consensum, requisiuisse dicuntur. Ubi particulam, auch, sibi favere, atque ex verbis subsequentibus illud argumentum duci posse credunt, quod e contrario illi minus reprehendendi forent, qui al-

terius

terutro consensu, in concedendis vectigalibus inniterentur. Sed contra naturalem suum significatum detorquentur haec verba, cum particula **auch**, hoc loco minime pro disjunctiva habenda sit, sed potius eandem habeat viam, ac particula **und**. Porro hujus §vi. interpretatio tum ex legibus antiquioribus, Imperatoris arbitrium in concedendis vectigalibus circumscriventibus, tum etiam ex legibus coetaneis, Capitulationibus scil. Caroli V. ac Ferdinandi I. petenda est. Ex qua ipsa ratione, alterum adversariorum argumentum, ex eodem R.I. §. Dadurch & quidem ex verbis: Zu unserer Käyserlichen besondern Hheit und Reservaten ic. ic. desumptum, sua sponte corruit. Vox enim reservati hic non in sensu ordinario, quo jus, soli Imperatori competens denotat, sed in sensu specialiori, quo pro jure, imperatori cum Electoribus communii accipitur, venit, quod ex verbis c. §vi. subsequentibus clarius redditur. (c) Imo & reservati vox hoc loco opponitur juribus comitialiibus, quorum decisio ad omnes imperii pertinet status. Nec majoris est ponderis tertium a KLOCKIO in medium prolatum argumentum, quod Imperator facultatem habeat dispensandi circa vectigalia. Textus enim R.I. d. a. 1576. §. Derohalben, 120. admodum corrupte ibi allegatur. Quodsi igitur vera ipsius verba inspiciamus, (d) facile deprehendemus, iisdem potius provisum esse, ut Imperator cum Electoribus de negotiis vectigalium judicaret. Verba autem c. §vi finalia, vel de sola confirmatione eorum, quæ a Commissariis Cæsareis gesta fuerunt, vel, quod verosimilius est, de nuda executione illorum, quæ inter eosdem & legatos electorum decreta fuerunt, agunt. Ultima de-

nique adversariorum ratio contradicendi in nuda versatur præsumptione, quod scilicet nimis durum sit, potestatem Imperatoris hac in parte, adeo artis circumscribere limitibus, ut ne quidem justa ex causa, vectigalia queat concedere. Sed de eo intempestive solliciti sumus, an quædam lex, vel nimis dura, vel nimis mitis videatur, nobis potius sufficiat, monuisse, de hac ipsa justitia, judicium non penes solum Imperatorem, sed secundum dispositionem legum nostrarum, simul penes Electores esse. Omnia hæc dubia ex ipsis legibus Germanicis moventur. Jam vero etiam juris Romani propugnatores magno cum imperio sententia nostræ objiciunt l. 10; ff. d. publ. Sed levitas hujus objectionis cuilibet patet. Siquidem leges patrias legibus peregrinis, sub expressa derogationis clausula non receperis, postponere, imo nec enervationem earundem, per leges Germanicas posteriores factam, agnoscere velle, occurrat præjudiciis animi est indicium. Solæ enim Imperatoris capitulationes, omnes allatas objectiones satis superque evertunt, quod & ipse KLOCKUS tandem fateri cogitur.

- (a) de Contribut. Cap. 3. n. 119. seqq.
- (b) §. ibi ohne unsern Kaiserlichen Consens, auch ohne Bewilligung unserer, und des Reichs Churfürsten ic. ic.
- (c) Que sic sonant: Denn so wohl zu unserer, als auch der Churfürsten Reputation, Verachtung und Schmählerung ic. ic.
- (d) Quæ sequentem modum sese habent: Welches alsdenn sc. relationes, a Ducibus, præfectis & statibus circularibus de illisq; vectigaliis novorum inductionibus, veterisque extensionibus, facienda; unsere amvsende Kaiserliche Commissarien, und der Sechs Churfürsten abgeordnete Räthe, erbrechen, verlesen, was darinnen ferners zu thun, sich ver-
suplin
- gleit

gleichen, und uns dessen zum förderlichsten berichten sollen.
Darauf wir alsdann die gebührende Nothdurft fürnehmen
und verschaffen wollen.

(e) d. Contrib. l. c.

§. XXVI.

Perlustravimus clarissimas de jure concedendi vesti-
galia latas constitutiones. Leges autem, sanctione qua-
dam poenali contra transgressores haud munera, a quoli-
bet pro luctu negligi solent, quæ infelicitas in primis Ger-
maniae nostra obigit, cuius egregia maxime, ac salutaria
instituta, a statibus potentioribus la plus impune violata fu-
isse, deprehendimus. Ne igitur utilissimis hisce legibus
pari ratione derogaretur, gravibus adjectis clausulis poena-
libus, providere voluerunt Electores. Singulas poenas,
pro ratione delicti, aut graviores, aut leviores, jam per-
curremus.

§. XXVII.

Poenarum, in abusum vestigialium statutarum infli-
ctiones, precedunt admonitiones de corrigendo delicto. Prima emendationis cura dueibus circulorum re-linquitur,
utpote quorum est. Status, in jure constituendi vestiga-
lia, poterit sive limites excedentes, de futuro periculo
solicite admonere. Ast, cum sub ejusmodi vestigialium
abusibus, ipsorum quoque circuli Dacum interesse
forte latere, & ita status iadentes semper se excusare
possent, admonitionem praire solitam, non factam
esse; In hunc quoque casum statibus, exinde damnum
percipientibus, prospectum fuit, ut tunc admonitionis
facienda officium, vel alteri Circuli directori, vel re-
liquis statibus Circularibus incumberet. Hac igitur ad-
moni-

monitione facta, & a laudentibus non statim attenta, ea poena, extensionis vectigalis illicitæ statuitur, ut suspensio ejusdem ipso facto locum habere debeat. Hæc tamen servatur differentia, ut communitas, vectigali abutens, 30. annorum, alius vero status Imperii tanti temporis suspensione coercentur, usque dum in ipsius demum successore jus exercendi vectigali suspensum, iterum reviviscat. (a)

(a) Omnia hæc in a. VIII. capit. noviss. disposita leguntur his verbis: Gestalt auch ieder Churfürst, Fürst, und Stand so sich der habenden Zoll-Gerechtigkeit mißbraucht, und diese mehrer oder weiter, als er befugt, --- erhöhen und erstrecken würde, dieser mit der That selbst, wenn er nicht alsbald solchen Excls. euff zuvorbescheinigte Erinnerung der Creyß ausschreibende Fürsten mit Ernst abstellen würde, so lang ein solcher Churfürst, Fürst oder Stand am Leben seyn würde, und eine Communität, auf 30. Jahr würcklich verfallen, und verwircket, und derentwegen a competentem judicis alsbald ad declarationem gesetzte en werden ic. ic. & deinde: Wenn einer aus denen Creyß-ausschreibenden Fürsten, mit Mißbrauchung der Zolls-Concessioen selbst interessiret wäre, die Ermahnung dem andern mit ausschreibenden Fürsten obliegen, im Fall aber beyde interessiret wären, oder ihr Amt darunter zu beobachten unterliessen, solche Ermahnung denen andern Ständen des Creyßes zustehen solle,

§. XXVIII.

Contra illos autem, qui plane nova indicere vectigalia ausi fuerint, Jure Canonico excommunicationis poena (a) statuitur, quam etiam Rudolphus I. editio suo, circa vectigalium inductiones edito, inseri curavit. (b) Veterem, nova vectigalia indicentes, coercendi rationem, antiquæ tradunt Imperii leges. Ex Recessu enim Imp. d. a. 1236.

*Quoniam etsi
in nova vecti-
galia indicem-
tes, poena fa-
tus fuerint.*

-100-

IN SACRO ROMANO IMPERIO.

33

a. 1236. (c) nec non ex Reformatione Sigismundi Imperatoris (d) constat, in illicitam novorum vectigalium constitutionem, praenam robbaria statutam fuisse, quæ leges Wenceslai adhuc temporibus, executioni mandatae fuere. (e) Nec minus notatum dignum est, quod olim nobiles, ob illiticorum vectigalium exercitium, a torneamentis exclusi fuerint. (f)

(a) c. 10. X. d. censibus. ZIEGL. d. Jur. Maj. l. 2. c. 6. §. 12.

(b) Ib. Und des Pabestes Bann, den man jegerlich fundet, an des Andclases Tag.

(c) ibi: Dass niemand keinen Zoll nehme, wenn zurecht; wer das breche, den soll man halten für einen Strassen-Räuber.

(d) c. 2. n. 2. Wer den Zoll mit Gewalt nehmen will, ist er ein Herr, so mag ihn jederman angreissen.

(e) v. LEHM. in Chron. Spit. l. 5. c. 27.

(f) v. LIMNÆUS in Jur. Publ. l. 6. c. 5. n. 63. sq. ubia. 9. derer Thurnier Articel verbotenus recenset.

S. XXIX.

Alia hodie contra illicita vectigalia procedendi ratio Et quid hodie,
observatur, ita, ut processus fiscalis, (a) atque necessitate li infigendas il-
 urgente, mandata sine clausula, aliaque remedia conveni- obtineat, expo-
 entia, decernendasint. (b) Imo promittit Imperator, sen-
 telle, actoribus etiam non existentibus, inquire, quoni-
 am jure singula Germania vectigalia exerceantur, & eo pro
 insufficienti habito, illa abolere. Ut autem eo majori fidu-
 cia, de singulorum justitia, vel injustitia, sententiam ferre
 queat, circuli directoribus injunctum fuit, ut de omnium ve-
 ctigalium origine, atque titulo, Imperatorem certiores red-
 derent. Cum etiam metueretur, ne ipsi Circuli directores, ut
 status circuli, plerumque potentiores, contra leges, vectiga-
 lium inductionem prohibentes, sèpius peccarent, hoc casu
 E cui-

cuilibet statui gravato, acque vicino, facultas ea de re Imperatore in instruendi reliqua fuit. (c) Modum supplicandi contra illicita vectigalia, tradit Rec. Imp. d. a. 1576, §. B8. II9. isque quinque potissimum sequentibus absolvitur monen-
tis. 1) Quod illa res omni jure sit prohibita, nulloque modo justificari queat. 2) Quod mercium caritatem ef-
ficiendo, publicæ contrarietor utilitati. 3) Ne ad arma deveniatur, scandalaque inde dentur, metuendum sit. 4) Quod suspiciatur contra reservata Imperatoris, & 5) in ejusdem & Electorum insignem contemtum.

(a) a. 8. cap. noviss. in gleichen unserm Kaiserlichen Fiscal, gegen dieselbe schleunigst zu verfahren, anbefehlen.

(b) Ibid. Wollen wir durch Mandata sine clausula, und andere behördige Rechts-Mittel, auch sonstens, in alle andere mögli-
che Wege abhalten.

(c) Ibid. So sollen und wollen wir, uns dessen bey tedes Crey-
ses aus schreibenden Fürsten erfundigen, darüber auch eine
Specification ge lassen, wie weniger nich, eine solche Spe-
cification oder Information der Sache, auf dem Fall, da etwa
die Creyse aus schreibenden Fürsten selbst, gegen diese Ver-
ordnung der Zolle wegen, handeln sollten, von den benach-
barten und gravirten Ständen einz und annehmen.

§. XXX.

Quamvis etiam alias in Imperio Germanico, acer-
bis prohibetur constitutionibus, ne quis, neglecta magi-
stratus competentis auctoritate, sibi ipsi, privat, ausu, jus
diceret, in hoc tamen casu, ob insignem commerciorum ac
liberatis favorem, ingensque, quo harum legum transgres-
sores digni sunt, odium, statibus lassis permittitur, propriis
viribus lese in pristinam vindicare libertatem, omnem-
que illicita vectigalia exigentium conatum, si non aliter id
hier*i*

*Permititur
baribus pro-
priis viribus,
incommodis
novorum co-
vectigalium se-
fabadnere.*

fieri possit, etiam vi atque armis reprimere. (a) Mitiora tamen aliquando adhibita fuisse remedia, historiz nos docent, quando neque ad lites judiciales, neque ad arma provocare, status consultum duxerunt. Ita, cum Carolus IV. Imperator, nova ad Rhenum constitueret vestigalia, civitatumque vicinarum, maximam exinde jacturam sentientium, querelas rejiceret, civitas imprimis Argentoratensis liberam Rheni navigationem carentis prohibuit, & hac ratione obtinuit, ut Electores Rhenani ultra novorum vestigialium exactione abstinerent. (b) Aliud illustre exemplum nobis praebent, Moguntinus, Trevirensis & Palatinus Electores. Hi enim, postquam urbs Coloniensis anno 1459. novum in Rheno vestigal exercebat, conventionem inierunt, se subditis suis, transvectione mercium perditiores Colonienses, interdicere, omnesque a Colonia advenientes, repellere velle. (c)

(a) a. VIII. Capit. noviss. und solle darneben einen jeden Churfürsten, Fürsten und Stand, die freye Reichs-Ritterschafft mit begriffen, erlaubt seyn, sich und die Schüligen, solicher Beschwerden, selbst so gut er kan, zu erledigen und zu besezren. His verbis, in calum deficientium remediorum ordinariorum juris, remedia extraordinaria, e. g. retorsio, imo & defensio violenta, permittuntur.

(b) Fatus haec tradit SCHATTEN. in Annal. Paderb. ad an. 1351.

(c) v. LEHM. in Chron. Spir. I. 7. c. 120.

¶ XXXI.

Sicut autem maxima quoque perspicuitatis cura, in Conatus eius concinnandis legibus adhibita, non prohibere potest, quo tur qui videntur multi in ipsarum fraudem tendant, prehæque ipsigalizatio sub statuta, se subducere conentur; ita & idem legibus, de vestigialibus latius, obtigit satum. Cum enim status Imperii,

ob expressas admodum prohibiciones, jus indicendorum vectigalium, via directa sibi afferere haud possent, astutiam in auxilium vocarunt. Hinc vectigalium quidem nomine plane abstinuerunt, re ipsa tamen, alio tantum sub titulo, vectigalia exegerunt. Promanavit hoc ex fundamento, gravis inter duces Luneburgicos & civitatem Hamburgensem, de stipulae justitia, agitata controversia, eius praincipia argumenta exhibet LUNIGIUS. (a) Ob maximas igitur, hac de re, apud Imperatorem ac status motas querelas, huic quoque incommodo, remedium quæstrum, & non solum iam Recessibus Imperii (b) illicita ea factæ improbata fuerunt, sed & in capitulatione (c) promisit Imperator, se omnibus ejusmodi exactiōibus coercendis, operam daturum esse.

(a) In selectis script. illustr. p. 787.

(b) R. J. d. a. 1575. §. Weiters 18.

(c) A. VIII. cap. noviss. mit gewissen Aufschlag, unter dem Nahmen Accis, Uingeld, Niederlag-Stand- und Markt-Rechten, Pforten, Brücken und Weg, Kauff-Haus, Renth, Pflaster, Steinführern und Cento-Gelder-Multer, Steuern, und andern vergleichlichen Posten, zu beschweren, solches aber in dem Effect und Nachfolg, für nichts anders, als einen neuen Zoll, ja oftmalhs weit höher zu halten; So sollen und wollen wir, bald bey Antr. erung unsrer Regierung, hierüber gewisse Information einziehen, &c. &c. und dieselbe ohne Verzug einstellen und aufheben.

§. XXXII.

*Jus constitudo
andi vectigalia
nunquam pra-
scribitur.*

Postquam de natura atque inde le juris constituendorum in Germania in vectigalium actum, satiis inde colligitur, quam individuo, idem illud jus cum majestate, junctatur nexus; Quæ ratio efficit, ut nullum omnino, in eo-

dem

dem acquirendo, præscriptioni locum concedamus. Probe enim distinguendum inter jus constituendi vectigalia, & jus eadem jam constituta percipiendi. Hoc præscriptioni obnoxium esse, haud dubito, idque in altera hujus differentiationis sectione sussus deducendum erit. In illo autem, utpote quod partem majestatis, cum subdito plane non communicabilem conficit, omnis præscriptio merito cessat. Quamvis enim non regalia modo præscriptione acquirantur, sed & indefinito vectigalia exercendi jure, nonnulli imperii status gardere se contendunt; exinde tamen neutram ad jus constituendi in Germania vectigalia, validum ducitur argumentum. Namque hoc multo latius patet, & inter ea refertur regalia, quæ ob arctissimum quo utilitatibus publicis junguntur, vinculum, a summo Imperante plane separari nequeunt, quæque summum Imperium ab una, & generalem subjectionem ab altera parte involvunt. Alterum e contrario legiūmā concessionem requirit, & cum nihil aliud sit, quam generalis quædam vectigalia exercendi facultas, Imperio adhuc, tanquam superiori acceptum referendum est. (a) Ipsi vero Imperii status, insigne hoc jus sibi afferentes, sunt Serenissimi Austriae Archiduces, (b) ac Electores Brandenburgie. (c) Valde tamen nostris temporibus, horum jus in dubium vocatum fuit, occasione novæ ejusdem, à domo Brandenburgica, petitæ confirmationis. Imprimis autem acriter se opposuerunt, Palatinus atque Hanoveranus Electores, de veritate atque observantia hujus privilegiū maxime dubitantes, ita, ut confirmatio Imperatoris haud obtineretur. (d)

(a) ZIEGL. d. Jur. Maj. I. 2. c. 6. §. 4. seq. v. GROT. Jur. B. & P. I. 2. c. 4. §. 12. seq.

E 3

(b) In

- (b) In confirmationes privilegiorum Austriae ita illud exprimitur: Daz die Erz-Herzoge mögen in ihren Fürstenthümern, Herrschaften und Landen, die sie haben, oder in künftige Zeit gewinnen, sich aller Gewaltsam gebrauchen, mit Freyung zu geben, neue Außschlag, Maut, Zoll und andre Mehrung, ihren Nutz und Renth zu machen, und aufzusezen. LIMN. Jur. Publ. l. 5. c. 2. p. 40.
- (c) Derivavit illud privilegium a Friderico III d. a. 1456. quod extat ap. Cl LUNIG. im Reichs-Archiv. P. Spec. Sect. 3. p. 308. it. SCHEPLIZ. ad Consuet. March. P. 4. T. 5. §. 3.
- (d) III. AUCTOR des Europäischen Heroldes p. 281.

§. XXXIII.

*Quæstio ventio
latur, an qui-
libet status,
propria aucto-
ritate vectigal-
de loco in lo-
cum transfer-
re queat.*

Multo clarioribus, concessio, extensioque vectigalium definita fuit, legibus, quam quidem eorundem translationi. Itaque difficilior est quæstio, an vectigali, in certo territorii loco exercitum, propriis status Imperii auctoritate, in alium queat transferri locum? ad quam reste decidendum, distinguendum erit, utrum in diplomate concessionis, vectigalis exactio ad certum quendam locum adstricta fuerit, nec ne. Priori casu quæstio negative erit resolvenda. Imperator enim ac Electores, nonnisi ad designatum locum, in concedendo vectigali, respexerunt quorum intentionem sane quilibet sequi debet. Status eriam vicini ac circulares, quatenus vectigal in eo loco exigendum erat, vel nullas plane excitarunt contradictiones, vel ab iisdem denique abstinuerunt. Translatio autem, novi plane vectigalis præ se fert speciem, cum pariter ac si novum constitueretur, partim liber loci, noviter electi, aditus restringatur, partim de eodem, neque Imperator, neque Electores cogitaverint. Accedit imprimis, quod fortasse ex hujusmodi translatione, vicini Imperii status

Status damnum percipient, & igitur causa cognitio praecedere, ipsorumque monita bene expendi debeant. Non sufficit igitur, transferentem probare, se ex translato vestigali non majora capere emolumenta, quam ex veteri, cum hic præter lucrum transferentis, quam maxime etiam damnum statuum vicinorum & circularium, probe considerandum veniat. Neque solidior translationis defendenda ratio erit, si transferens allegaverit, veterem vestigalis locum, vel natura, vel casu fortuito adeo suisse destrutum, ut non amplius ibidem exigi possit. Quid si enim hic casus prævideri potuerit, sibi impedit transferens, quod in petendo vestigali, non aliud potius commodiore, ejusmodique periculis minus obnoxium locum, sibi definiti petierit. Eadem responsione occurri poterit illis, qui translationis suæ eam tradunt causam, quod mercatores, ceteraque personæ, vestigalibus etcæ, ob situm loci, facile per alias vias incedere, & ita vestigal defraudare possent. Namque tale incommodum aliis removeri poterit modis, ut ideo nulla iudicetur translationis susceptione. Si autem verus casus quidam fortuitus acciderit, illum patienter ferre tenetur, & nullo juris prætextu, ab aliis statibus restitutionem ac compensationem damni exigit. Existente vero casu, quo ex vestigal translatione, neque ullum in alios detrimentum, neque maius in ipsum transferentem, redendet lucrum, neque alia circumstantia dubium pariat, tunc denum ad eam Imperatoris auctoritate Electorum consensum expertere, haud necessarium dixeris, cum ratio, cur hic consensus alias exigendus erat, hic cessare videatur. Hoc multo magis obrinet, si ex concessionis diplomate appareat, vestigal toti inhærcere territorio,

torio, non vero certo cuidam loco annexum esse. Sed nec exempla firmanda nostræ thesi desunt. Ita, cum gravis illa, inter Comites Würtenbergicos & civitatem Eslingensem agitata controversia componeretur, in transactiōne, an. 1454. & 1477. iuxta, expressa Imperatoris, in translationem vectigalis consentientis, sit mentio. (a) Contra Archiepiscopum Colonensem, proprio ausu vectigal transferentem, ad petitum civitatis Coloniensis, mandatum sine clausula, a Camera Imperiali decretum fuisse, restatur BOCKERUS. (b) Alia simili in causa, præjudicia, quæ emanarunt, leguntur apud Mindanum. (c) His bene dictūs, sua sponte corruī sententia eorum, qui translationis potestatē statibus indistincte, ex ea vindicant ratione, quod jus exigēndi vectigalia annexum sit totius territorii. Hoc enim nunquam eo respectu defendi poterit, ut exinde liberum statuum, in transferendis vectigalibus, arbitrium eliciatur, qua in re consentientem habemus ZIEGLERUM. (d)

(a) KNIPSHILD, d. civit. Imp. l. 2. c. 18. n. 5.

(b) d. Regal. c. 2. n. 195.

(c) d. mand. jud. l. 2. c. 42. n. 17. sq.

(d) d. I.M. l. 4. c. 10. §. 6. sqq. Conf. l. 10. ff. d. publ.

§. XXXIV.

De Jure Stapulae.

Affinia vectigalium sunt jus stapulæ, emporii, ac geranii. Imo stapula sapienti nihil aliud est, quam species quædam vectigalium, (a) quæ plerumque circa exoticas versantur merces. Nihil tamen impedit, quo minus alias quoque complecti possit res, cum illud ab arbitrio concedentis pendat. Hinc merces, stapula subjectæ, vocantur Staffelbare Güter, Staffel-Güter, & recte distinguuntur von denen Mess-Gütern. Jus autem stapulæ triplex est. Nam quando-

quandoque eo solam tendit, ut merces, intra certum distri-
ctum transentes, in urbem, iure stipula gaudentem impo-
tari, ibique per statutum quoddam tempus, verum exponi
debeant. Nonnunquam vero mercatorum arbitrio reli-
ctum est, an merces suas verum exponere, an certam pecu-
niam solvere malint. Aliquando denique utrumque hoc
onus mercatoribus incumbit, & tunc dicitur jus stipula plenum.
Omnes ac singulæ haec juris stipularum species,
libertati commerciorum frenum injiciunt, cum partim
mercatores cugantur, ut etiam inviti merces suas vendant,
aut ad minimum, multos ob interruptionem itineris, terre
debeant sumus, partim autem vedi gal mercibus imponant.
Hanc ob causam jus stipula, legibus Imperii, vestigalibus
ita æquiparatum fuit, ut ipsius concessio pariter Imperatori
ac Electoribus, qui tamen statuum quoque monita examina-
re debent, reservaretur. (b) Ita cum a 1575, Elector PA-
LATINUS jus stipula prope Oppenheimium usurparet,
mandatum sine clausula decretum fuisse, docet W. HNE-
RUS. (c) Imo & ad stipularum usurpationes prolata fuit
permisso, privata auctoritate, ipsarum oneri se subducendi.
(d) Ab hanc tamen regula adeo excipiuntur stipula, olim
rite concessæ, vel legitimæ temporis præscriptione acquisitæ,
ut potius, potentiibus possessoribus, nova impertiri debeant
confirmationes. (e)

(a) Ita enim ab Imperatoribus ac Regibus Francorum servatum
fuit der Staffel-Zoll, teste LEHM, in Chr. Spir. I. 2. c. 44.

(b) in Olsler, pract. voc. Stapel-Recht.

(c) a. VII. cap. nov. dergleichen auch (stipularum scil. exactio-
nes) von uns niemand, ohne oblaute des Churfürstl. Col-
legii Contreas, und Einwilligung ertheilet werden, quæ
dispositio ob paritatem rationis, ad stipulas quoque terrestres,
merito applicatur.

F

(d) ibid.

IVXXX 2

SECT. I. DE JURE VECTIGALIUM

(d) ibid. auch ein jeder von des Heil. Reichs Churfürsten, Fürsten und Ständen, welcher sich damit beschweret findet, frey und hevorstehen, sich solcher Beschwerung, so gut als er kan, selbst zu entheben.

(e) ibid. hierdurch nichts präjudicirer oder benommen, sondern von Romischen Kaiser, auf gebührendes Ansuchen confirmiret, &c.

§. XXXV.

*De Jure Emporii.
perii.*

Ab hoc stapularum jure differt jus emporii, quod in sensu lato acceptum, complectitur facultatem, cum omnibus exteris, in usum & commodum subditorum commercia exercendi, atque preceptis juris genium nititur. (a) Nobis autem in sensu venit specialiori, ubi civibus tantum, merces, venum expositas emere licet. Atque hoc etiam speciali concessionem requirit, cum summis commerciorum favor, impedimenta ac onera hujusmodi respuant. (b) Nec leve hoc modo imponitur gravamen mercatoribus, sive merces suas, tam civibus, quam extraneis, sive solis civibus vendere teneantur, cum utroque casu liberum ipfis admittatur arbitrium, merces suas pro lubitu vendendi & transvehendi. (c) Quodsi adhuc consuetudine introductum sit, ut pro libero transitu, & remittenda vendendi necessitate, certa erogetur pecunia, tunc ejusmodi exactio adhuc magis vectigalium indolem saperet, & ideo improbanda foret.

(a) v. GROT. d. mar. liber. c. 8.

(b) Conf. STRUV. Syntagn. Jur. Publ. Rom. Germ. Diff. 12. §. 30.

(c) omnia haec incomoda bene exprimuntur cap. noviss. auch der Handlung und Schiffarth, durch ungebührliche und abgenvthigte Aus- und Einladen, Ausschiffen und Aus- schütten des Geträydes, und anderer Güter, mercliche grosse Beschwer- und Verhinderungen, verursacht und zugefügert wird.

§. XXXVI.

§. XXXVI.

Aliam plane, & distinctam ab his duobus juribus, ^{De Jure Geranii.}
citem habet jus geranii, vi cuius mediante machina, in ve-
ram mercium, vestigali obnoxiarum, quantitatem inquiri-
tur, & hac ratione omnes mercatorum atque vectorum
fraudes deteguntur ac reprimuntur. Ex quo patet, ad hujus
juri exercitium, Imperatoris ac Electorum consensum mi-
nus requiri, illudque ad exercitium pertinere vestigalium.
Quodsi autem fortasse, in meram mercatorum vexam eo
uti, aut pecuniam exigere, quis conatus fuerit, tunc ob illius
degenerationem in verum vestigal, modis supra expositis,
talis ausus coercendus foret. (a)

(a) Differentiam juris flapulae, emporii ac geranii, in qua tra-
denda mirum in modum variatur, bene enucleavit LEUBER.
tract. d. flapula.

§. XXXVII.

Legitima juris vestigialium concessionis, & equiparatur ^{De prescri-}
ipsius præscriptio. Hæc enim, ut regulariter contra omnes, ^{priores vestigialium exi-}
ta quoque contra leges, illicitas vestigialium indictiones ^{gendorum}
prohibentes, vim suam exserit, hac solum cum differentia, agitur.
quod diversa, in singulis juribus acquirendis, obtineat præ-
scriptionis ratio. Vestigalia dupli ratione, pro duplo
possessoris respectu, præscribuntur. Quodsi enim a priva-
to contra privatum, vel a statu Imperii contra alterum, præ-
scriptione acquirendas sint, possessio, per 30 annos continua-
ta sufficit. Namque hoc tempore exercitium regalium in-
ter privatos præscribi, leges permitunt, (a) quia principis
vel Imperii non interest, an ab eo, cui concessa fuerunt, an
ab alio exerceantur regalia. (b) Si autem subditus contra do-
minus territorialem, vel status Imperii contra Imperium

SECT. I. DE JURE VECTIGALIUM

jus exigendi vectigal præscribere velit, tunc immemoriam sine dubio præscriptionem in auxilium vocare necesse habet, cum nulla alia, nisi hæc præscriptionis species, contra leges tam expressas & prohibitives admitti possit. Huc collineant verba Capitulationis novissima, (c) quibus ab abolitione vectigalium, non legitime concessorum, excipiuntur illa, quæ a dominis in observantiam deducta, & quiete possessa sunt. Justus autem, in hac immemorialis temporis præscriptione, titulus, una cum bona fide, extanti temporis lapsu, presumitur. c. 1. d. præscript. in 6. l. 1. §. f. 1.2. §. 3. ff. d. aqua & aqua pl. v. arc. act. (d) Antequam autem præscriptio absolute sit, privatus contra Principem, vel status Imperii contra Imperium, jus exigendi vectigal præscribens, cum in re illicita, & mala fide versari credatur, titulum suum edere tenetur, a. c. 3. d. offic. jud. ord. in 6. c. 7. d. priv. in 6. sine quo nulla regalia, a domino territorii dependentia, recte possidentur. Itaque non nuda possessio, eaque vel momentanea, vel antiquior, his easibus allegari poterit, sed solam præscripta. Obiuncto vero hac præscriptio, sive præscribens concessionem vectigalis ab eo, qui illo jure non gaudet, impetraverit, sive non omnia debita observaverit requisita, sive denique nulla plane, in ejus exercitio, miratur concessione.

(a) l. 3. C. d. præscr. 30. vel 40. ann. j. O. C. P. I. t. 17. II. f. 26. §. si quis, nisi regule, aut illius exercitium exceptum fuerit. Sic e. g. jus venandi in Sax. El. neque a subdito contra Principem, neque a privato contra privatum, in alieno prædio, aliter quam immemorialis temporis possessione prescribitur. Ord. Proc. d. a. 1515. tit. daß keiner auf des andern Grund und Boden. §. so wollen wir. CARPZ. P. 2. C. 3. d. 25. ibique DOSW. ab ESBACH. n. 3. 4. j. d. 24.

(b) c. 26.

- (b) c. 26. § præterea X. d. V. S. Reichs-Abschied zu Augspurg,
d. A. 1548. §. wer auch. 50.
(c) a. VIII. und in Observanz gebrachter. & deinde: oder sonst
ruhiglich hergebrachter.
(d) v. Myns. 4. S. 6. GAIL. 2. c. 18. n. 7. KNICH. d. Sax. non
prov. jur. l. 5. n. 74.

§. XXXVIII.

Ex omnibus hactenius dictis abunde colligere licet,
quibusnam in casibus, ad exercenda vectigalia, legitima
Imperatoris & Electorum concessione opus sit. Scilicet
ea necessaria requiritur, quoties vectigali instituendo, Im-
periū subditū ac mercatores extranei obnoxii esse debent.
Exinde sua sponte consequitur, statibus Imperii, vi supe-
rioritatis territorialis, catenus competere eijs constitutis
vectigalia, quatenus illa inter subditos subsistat, & non
similē extraneos oderat. Hos enim, vectigali allicui pro-
pria auctoritate subiecere, leges, ipsorum consensu sancita,
non permituntur. Ex superioritate territoriali porro de-
scendit jus, exportationi rerum necessiarum, & importa-
tioni rerum nocivarum, vectigali imponendi, quod sapienter
exerceri, quotidiana docet experientia.

*Quando statu vi super-
rioritatis ter-
ritorialis ve-
ctigalia con-
stituere que-
ant, definirur.*

§. XXXIX.

Ut omnia fere regalia, ita & vectigalia per investitu-
ram concedisoleant, ita, ut territoria una cum vectigalibus,
in insim legitime introductis, in secundum dentur. Esi
vero arctum plerunque, interterritorium & vectigalia
ejusdem, intercedat vinculum, nihilominus haec duo non
nunquam distingui, & jus percipiendi vectigalia sine territorio
concessum faire, nota KLOCKIUS. (a) Eodem recidit,
quod jus conducendi, singulis regulariter territoriis an-
nexum, in quibusdam Germaniaæ ditionibus ab alio,
quam ipsorum domino exerceatur. Originem id inde

*Modus conce-
ndendi Vectiga-
lia. Statuto. his
estatim.*

traxisse videtur, quod antiquis dissidationum temporibus, magna^z s^{ap}ius ad conducendum requirentur vires, quibus pr^{stantis}, cum statibus minores haud sufficerent, auxilium statuum vicinorum potentiorum, vel ab ipsis territoriorum dominis, vel ab iter facientibus imploratum fuit, qui aut pacto, aut longissimi temporis usu freti, celsante quamvis maxima ex parte, secundum hodiernum Imperii statum, conducendi necessitate, illud tamen jus hodie adhuc constanter sibi vindicant. Illustria ea de re prostant exempla Electoris Palatini, nec non Landgravii Hassiae, aliorumque, per vicinas statuum ditiones, conducendi jus exercentium. (b.) Cum vero h^ac territorii atque vectigalium separatio, continuis ansam p^{rebeat} lⁱtibus, nonnisi rarissime illam suscep^{ta}m esse, testatur ipsa Consiliariorum C^aſareorum relatio. (c)

(a) d. Vectig. Concl. 19. Lit. A.B.

(b) Engelbrecht. Sect. 2. m. 2. §. 15.

(c) Quam exhibet Sixtinus de regal. l. 1. c. 4. n. 3.

§. XL.

*Ad quem de-
cisio contro-
versiarum,
circa vectiga-
lia ortarum,
pertinet?*

Cum s^{ap}ius etiam controversia circa vectigalia concessa, oriri soleant, videndum, penes quem sit potestas ipsas definendi, ubi quidem magnum Scriptorum deprehendimus dissidium. Discremen autem instituunt, an lis inter electores, vel electorem ac alium statum, an inter solos alios status agitetur, ita ut nullus interveniat elector. Priori casu, secundum dispositionem, capi. D. Leop. (a) & D. Josephi. (b) litis definitionem, excolia Camera, aliisque judiciis, soli Senatus aulico vindicant, ita ut & causas, coram camera ventilaras, irerum avocare promitteret Imperator, non attentis gravibus Imperii statuus

IN SACRO IMPERIO ROMANO

47

statuum, hac de re motis querelis. (c) Hæc tamen
in novissima capitulatione omissa vidimus, ita, ut invi-
diissimus noster Imperator, tantum mandata sine clausula
decerni, & per fiscalem suum, contra transgressores le-
gum circa vectigalia latarum procedi, curaturum se esse
spondeat. (d) Ex quo fluere videtur, controversias, hac
de re inter alios, quam electores ortas, ad Cameram simul
spectare imperialem. Electores tamen etiam de hac cau-
sa, ea ex ratione, Camera controversiam moverant, quia
non omnium Imperii statuum, sed solum electorum ad
constituenda vectigalia requireretur consensus, & hinc
quoque controversiarum, circa vectigalia enararum defi-
nitio non camera, omnium statuum nomine jus dicen-
ti, competenteret. Quodsi igitur ornis etiam circa has
controversias cognitio Senatus Imperii aulico vindicaretur,
magna tamen adhuc decidenda superesset quæstio,
an non electorum simul consilia ac consensus ab Impera-
tore requiri debeat? Quæ ideo a multis affirmatur, quia
adjudicatione litium ac contradictionum, ab aliis statibus
ante concepsum vectigali motarum, haud leve ad decisio-
nem litium, in exercendo vectigali ortarum, ducitur ar-
gumentum. In ipsis etiam allegatis capitulationum tex-
tibus illud approbatum esse, nec absolutam sibi hac in par-
te, potestatem vindicare Imperatores, idem asserunt. Cui
opinioni probanda, textus allegant Capitulationum, qui-
bus Imperatores promittunt, se, quoad abolitiones vecti-
galium, injusto titulo exercitorum, communicatis cum
Electoribus consiliis, agere velle. (e) Id certum est, &
tam ex R. I. d. a. 1576. §. Weiters, quam textibus Capitu-
lationis novissimæ, supra allegatis evincitur, Electorum

nos

non levem, circa controversiarum de vectigalibus ortarum decisionem, esse auctoritatem. Imperante Wenceslao casus exticis, qui sententia huic magnum fatus addit robuit. Cum enim Adolphus, Archiepiscopus Moguntinus, novum propria auctoritate institueret vectigal ad Moenum, status vicini, ea de re indigneati, querelas apud Imperatorem & Electores moverunt, qui etiam super hac lite cognoverunt, ita, ut vectigali pro iniquo habito, Imperator una cum Electoribus illud abrogari juberet. (f) Quod etiam in notissima illa, inter Comitem Oldenburicum, & civitatem imprimis Bremeram, eorum Senatu aulico agitata controversia, Electorum sententia ab Imperatore requisita fuerit, docent acta publica ap. LONDORIUM. (g)

(a) art. XXIV.

(b) art. XXIII. und also der darüber einfallender Streit Entscheidung, vor niemand anders, als uns gehörig, sollen solche rechtliche Ansprüche, vor uns ausgeführert und erledigt zu werden, und kein Churfürst schuldig seyn, sich dergestalten, - entweder an unsrern und des Heil. Reichs Cammer-Gericht oder andern Gerichten, mit ordinariis actionibus anstrengen zu lassen, gestalt wsr denn hierüber, bey gedachten Cammer-Gericht gebührende Erinnerung, und Beifügung zu them nicht unterlassen wollen, auch alle diejenige process, welche an ermehrten Kayserl. Cammer-Gericht, zwischen den vier Churfürsten samt und sonderlich, und andern des Heil. Reichs Ständen, oder Städten zu vorigen Zeiten bereits passiv, oder active anhangig gemacht, davon wiederum abzu. an unsren Kayserl. Reichs-Hofrathe evociren, und ziehen.

(c) RÖDING, in pand. Camer. l. i. t. i. t. 12. §. 83. Conf. Auct. der Grund-Beste p. 213.

(d) a. VIII. Wollen wir durch Mandata sine clausula abhalten, & dein-

& deinde: ingleichen unsern Kayserl. Fiscal gegen dieselbe schleunigst zu verfahren, anbefehlen.

(e) a. XXII. Cap. Joseph, der Abschaffung und Reduction halber mit dem Churf. Collegio renunciren.

(f) LEHM. Chr. Spir. l. 7. c. 58. Deshalb bey Kayserl. Maj. und Churfürsten sich beklagt, und um Abschaffung gebeten. Dennach denn dieselbe auf eingezogene Rundschafft vernommen v. & in Mand. execr. So sezen wir mit Rath der Churf. des Reichs.

(g) T. VI. p. 804. 896. Conf. MAURIT. ad Cap. Leop. a. 24.

SECTIO II.

De Jure exercendi vectigalia in Imperio Romano Germanico.

§. I.

Legitimam vectigalium exactionem excipit ut esse. Definitio juri Vectigalium. Etus, ipsorum exercitum ac perceptio. Itaque pertractatis pricipiis juris concedendorum vectigalium momentis, jam consideranda erunt ea, quae ad legitimum vectigalium exercitum pertinent. Jus exercendi vectigalia est jus regale (a) vi cuius is, qui legitime illud acquisivit, secundum concessionis normam, vectigali recte exigit. Subjectum hujus juris est omnis, qui illud, observis prescriptis requisitis, ab Imperatore & Electoribus obiuit. Neque enim illud, solis statibus Imperii immediatis reservatum esse quis existimet, cum Capitulatio novissima (b) non solum prohibitionem, ne sub nominibus fictis vera exigantur vectigalia, sed & poenam abusus corundem, disertis verbis ad

G

status

50 SECT. II. DE JURE VECTIGALIUM

status mediatos proferat. Idque hodie, post introductam pacem publicam, multo facilius procedit, quam quidem olim, ubi longe majoribus viribus publica comparanda erat securitas. Nec magis illud pugnat cum vinculo subjectionis, quo status mediatus domino suo territoriali obstringitur. Non dissolvitur illud, nisi quoad illa negotia, quæ circa vectigalia concessa versantur. In his enim ideo nullam, nisi Imperatoris ac Electorum reveretur auctoritatem, quia ipsam vectigalis constitutionem nemini, nisi huic acceptam refert. Denique hoc ius haud levem, pro plena possessoris immedietate, excitare presumtionem, existimant nonnulli, contrariis domini territorialis probationibus elidendam. (c)

(a) Hoc respectu, cum pecuniarium confineat interesse, omnino Regalibus minoribus, quibus fiscus locupletatur, accensendum erit. a. II. f. 56.

(b) a. VIII. oder mittelbar, quæ verba huic demum capitulationi adjecta fuere, & deinde: es auch in obigen allgemeine gleiche Meinung und Verstand haben soll, wenn schon der Übertreter kein immediat- sondern ein mittelbarer Land-Stand wäre.

(c) v. Auct. Consil. Fridberg. P. I. T. I. KLOCK. d. Vect. Concl. 20. lit. A.

§. II.

In exercendis vectigalibus, ante omnia, ad specialem cuiusvis concessionis tenorem, dein ad generales Germaniae leges respiciendum. Ille stricte observandus, ita, ut interpretatio extensiva hic minime locum obrineat. Non igitur procedit privilegii, ad certos adstricti heredes, ad alios facta extensio, sed illa expressis capitulationis (a) verbis improbatur, nisi debita adhibita fuerint requisita. Cum autem con-

Quenam in
exercendis ve-
ctigalibus ob-
servanda sit
norma.

concessionum tenor maxime soleat variare, non certus quidam ipsius modus definiri potest. Quare relictis co-
cujusvis propriis disquisitioni, ad generales, de vectigalium argumento aliquid statuentes leges nos accingemus,
& exinde deducemus, quamnam sint vectigalia exercentium
jura & obligationes. His bene expositis, simul etiam
jura & obligationes eorum tradiderimus, a quibus vectigal
praestatur. Adeo enim individuo haec junguntur nexus, ut ob-
ligationes vectigal solventium, maxiam absolvant partem
jurium, vectigali & exigentibus competentium, & vice versa.

(a. Cap. noviss.) Falls auch jemand diejenigen Zoll-Concessionen,
so er von einem Rom. Kayser, und den Churfürsten, auf
sich und seine Leibes-Erben erlanget, hernach ohne Beob-
achtung gehöriger Requisiten, auf andere Erben extendiren
und erweitern lassen.

§. III.

Inter jura vectigal exercentium primum est, jus fe-
rendi ordinationes vectigalium speciales. Quando enim
iplorum concessionem impetravit, prima illorum cura in
eo versari debet, ut eos, quorum interest, de novo suogaudent.
Iure, eique respondente obligatione, certiores reddant.
Itaque Imperator & Electores determinant modum
vectigalis, sed status exercens illum publicat. Hunc
in finem per ordinationes Zoll-Licent-Rollen, promulga-
tas, determinanda est vectigalis solvendi quantitas, porro
specificatio mercium & rerum edenda, quæ novo vecti-
gali subjectæ fuerint. Probe tamen attendendum, ne his
ordinationibus, termini concessionis excedantur, & ve-
ctigal plus justo prorogetur. Haec incommoda lœsi, ad-
hibitis remedii si praeductis, removere poterunt. Quod-
si vectigalia exercens, ejusmodi ordinationem edere haud
G 2. *ut log. eind in necessa-*

necessarium, vel consultum duxerit, licebit ipsi, erecta statua aut tabula, qua debitæ vectigalis circumstantiæ inscriptæ leguntur, transeuntes de sua obligatione plenius instruere. (a) Postquam igitur hac ratione, vectigalis constitutio, ad omnium notitiam pervenire potuit, recte illud exigitur ab omnibus, qui non speciali quadam gaudent immunitate.

(a) Conf. Generos. Dn. a. SECKENDORFF. im Deutschen Fürsten-Staat. p. 3. c. 3 R. g. 3 n. §.

§. IV.

Duplex immunitarum fons traditur. Duobus vero, ut omne vectigalium exercitium, ita & immunitas ab iisdem, nititur fundamentis, concessione scilicet ac præscriptione. Concessio iterum triplici ratione derivatur, vel a vectigal constituentे, i.e. ab Imperatore & Electoribus, vel a statu, vectigal exercente, vel a reliquarum Germaniaæ constitutionem dispositione generali. Imperator & Electores tribuunt immunitates, vel in ipso vectigalis concessi diplomate, vel ex post facto. Illudante omnia inspicendum, annon quasdam contineat immunitates. Quodsi ibi nulla plane immunitatis fiat mentio, ad leges generales Germaniaæ, tam domesticas, quam receptas, recurrentum, eum nullum vectigal, nisi de expressa constituentis voluntate constet, adeo late patere credatur, ut nulli omnino exemptioni locum relinquantur. Imo non nulli assertunt, diplomatis legem, certas tantum immunitates tribuentem, ex legibus generalibus, alias adhuc immunitates concedentibus, supplendam esse, cum exemptiones ibi memoratae, regulariter majoris solum confirmationis gratia, & eum in finem recensitat præsumerentur, ut inde ad non expressas, aliis tamen legibus statutas, argumentari quis possit.

§. V.

Quam autem circa immunitates, post constitutum jam ^{Immunitates conceduntur} vectigal concedendas, Imperatoris & Electorum sit potestas, ^{vel ab Imperatore & Electoribus,} merito disquirendum. Antiquis quidem temporibus, cum omne vectigalium constituentorum arbitrium penes solum ^{etiam} esset Imperatorem, ab ipso etiam solo omnes impetranda erant immunitates. Ex quo vero, communicatis cum Imperiis statibus, & deinceps cum solis Electoribus, consiliis, hoc jus exercet, immunitates quoque ab his simul petendae sunt. Hinc Imperator capitulatione (a) se obstrixit, se nulla plane sine consensu Electorum, exemptionis privilegia concessurum, sed potius omnes immunitates, a statibus sine Electorum consensu usurpatas, revocaturum esse. Summatamen postulat æquitas, ut in concedendis iisdem modus adhibeatur, & exacta causa cognitio præcedat. Sibi enim, ac propriæ negligentiæ imputet status, per vectigal constitutum se gravatum existimans, quod secundum capitulationis legem, ante illius constitutionem, monita sua ad Imperatorem & Collegium Electoralre haud transmiserit. Ipsa enim hujus remedii intermissione, præsumitur tacite fæse novo vectigali subiecisse.

(a) a. VIII. Capit. Noviss auch keine Exemptions - Privilegia zu ertheilen, und die, so darwieder ohne Consens des Thurfürstlichen Collegii, bey vorigen Krieg ertheilet worden, sollen cassirret und absehn.

§. VI.

Ipse etiam vectigal exercens, pro Iubitu immunitates recte impertitur. Eum enim privilegio suo in favorem ^{vel ab ipso vectigal exerce-} alerius renunciare posse, extra dubitationis aleam posita cente. res est. Ex tamen, cum fisco sint damnosæ, & regulari-

54 SECT. II. DE JURE VECTIGALIUM

Iaciter non locum inveniant, (a) hincque pro sub & obrep-
ticiis habentur, (b) non nisi cum clausulis, præmeditatum
mentem indicanibus, concedi solent. Idem jus, ob pa-
ritem rationis, civitati competit Imperiali, quatenus ve-
ctigal exercet. Imo & extra hunc casum, nonnunquam
immunitatem tribuere poterit. Quodsi enim ipsi certi
vectigalis exactio ab Imperio demandata fuerit, illa cuilibet
immunitatem ab eo impetratur, modo ejus portionem in
se recipiat. Quo etiam respectu, civitati municipali, imo
ipsis publicanis, circa vectigalia dispensare licet. (c)

(a) l. 6. C. d. vectig.

(b) l. 3. C. d. prec. imp. offer.

(c) l. 16. §. 12. ff. d. publ.

§. VII.

*Vel a generali
libens Germanie
legibus, ex
quibus immu-
nes sunt Im-
perator & Electores, utpote qui vectigalis concessionem
neutriquam suum in præjudicium fecisse creduntur. Hoc
Imperatori in compensationem curæ torius reipublicæ
Germanicæ, optimo jure debetur. (a) Amplissima Electro-
rum, a vectigalibus noviter concessis, vel prorogatis immu-
nitas, literis reversalibus, quarum tenorem supra inserni,
continetur. Ex quo patet, reliquos principes ac status
Imperii, utpote tali præsidio destitutos, immunitatem non
recte sibi arrogare. Demonstrant hoc exempla exemptio-
num, ab Imperatoribus, statibus concessarum. Ita Prin-
cipes Anhaltini an. 1495. a Maximil. I. (b) ejusmodi privi-
legium impeirarunt, quo sane non opus fuisset, si idem illud*

ex

ex jure proprio sibi vindicare potuissent. Non parum exinde quoque confirmatur nostra sententia, quod statibus Imperii, imprimis vicinis ac circularibus, facultas solum transmittendi monita sua contra noviter petita vestigalia competat, quo ipso innuitur, eos vestigali rite constituto, minus se subducere posse. Accedit ipsa Principum ac statuum Imperii confessio, in monitis ad art. 21. Cap. Leop. facta, ubi quidem petierunt, ut Electorum immunitas a vestigalibus, ad omnes proferretur Princeps ac status, sed nihil obrinuerunt. (c) Excepitur solus casus, ubi principes ac status Imperii ad comitias, eaque tam universalia, quam particularia proficiscantur, ibique commorentr. Cum enim ibi, de mediis promovendæ communis Germaniaæ salutis, consilia inceantur, nulli statui, per vestigium exactio nem, mora afferenda est. (d) Quodsi extra hunc casum status Imperii sibi invicem immunitatem præstare videamus, illud non ex jure quodam nec necessitate, sed ex mera humanitate derivandum erit. Non tamen negandum, speciosas admodum extare rationes, quare status Imperii de rebus, proprio usui, cultuque inservientibus, nec non decimis, aliisque redditibus cameribus, nulla teneantur solvere vestigalia. (e) Legati, cum dominos saltē repræsentent, neque hac in parte eximiioribus frui poterunt juribus. Exterorum vero principum legati in Imperio Romano Germanico, ex usu juris gentium ab omnibus vestigalibus sunt immunes, quam immunitatem nonnulli, dispositione l.8. C. d. vestig. sceti, ad eas tantum res, quas exportant, restringunt. Per hos autem legatos illi solum intelligendi videntur, qui ad totum Imperium, aut Imperatorem, & ut nonnulli volunt, Electores missi fuerint, ita, ut e

COR-

contrario illi, qui ad statum Imperii mitentur, ea solum immunitate gaudent, quam hic ipsis praestare potest.

(a) Z'EGLER. d. J. M. I. 2. c. 8. §. 6.

(b) LUNIG. 2. Cont. 3. Fürtf. p. 180.

(c) v. Gründf. P. III. C. 3. p. 203. sequitur utrumq. habendum.

(d) Peculiare edictum exhibet hanc de re FRITSCH. in Elect. Jur.

publ. c. 5. quod an. 1666. a.d. Leopoldo de novo confirmatum,

fait. In Cap. noviss. a. VIII. sequens legitur dispositio: Nach-

dem auch die Billigkeit erfordert, dass Thürfürsten, Fürsten

und Stände, und Dero Abgesandten, so sich auf Reichs-

Collegial-, Deputations- und Eraysz-Tagen befänden, oder

allidatim verfügen, ihre Mobilia und Consumtibilia ohne

Zoll passiret und repassiret werden.

(e) Deductionam harum causarum prolixam tradit Cl. LUNIG.

in select. Script. illustr.

§. VIII.

Res, ad communem Imperii salutem, ejusdemque nomine comparantur, atque advehuntur, ple-

rii salutem facientes.

Illa etiam res, quæ ad communem Imperii salutem, ejusdemque nomine comparantur, atque advehuntur, plena jure meritoque gaudent immunitate. Priuata enim cuiuslibet Imperii status utilitas, publico totius Imperii commodo omnino postponenda. Maxime conspicuum huic observationi applicandæ, occasionem præbet commeatus, tempore belli ad Imperii exercitum advectus. Etsi vero talis immunitas regulariter de eo tantum casu intelligenda sit, quando, ut monui, ha respaldo reipublicæ nomine emerit, (a) commeatum tamen, etiam a privatis advectum, vectigalium praestationibus nonnunquam exemptum fuisse, videtur ex R. J. d. a. 1542. §. n. 6. (b) Aliis tamen in bellis, alter quoque statutum fuiss, docet R. J. d. a. 1532. §. 8. (c) Quid nostris temporibus haec de re dispositum

IN SACRO ROMANO IMPERIO.

57

tum fuerit, colligitur ex concluso trium senatum Imperii d. II. Mart. a. 1704. (d)

(a) v. ZIEGL. d. J. M. I. 2. c. 9. §. 1.

(b) So soll alle Proviant, so diesem Christl. Heer zugeführt wird, Zoll und Maut, auch aller andern Auflagen und Be schwerungen zu Wasser und Land frey und unbeschwert gelassen werden.

(c) Dass die Proviant durch die Proviant-Meister förderlich verordnet, bestellt, und zugeführt, se.

(d) v. Cl. LUNIG. R. Arch. P. Gen. II. Cont. p. 290. seqq.

§. IX.

Eadem fere utilitatis publicæ ratio observata fuit in immunitate, quæ olim assessoribus regimenti imperii concedebatur. (a) Quo immunitatis privilegio hodie fruuntur summa in Imperio judicia, Camera Imperialis & Senatus Imperii aulicus, ita, ut ipsorum assessores, Ministri, horumque familia simili gaudent a vestigalibus exemptione. De camera quidem hoc dispositum legimus in Ord. Cam. Wormat. d. a. 1495. §. 14. (b) quæ dispositio in Ord. Cam. d. 1555. nec non in R. I. d. a. 1654 §. 141. iisdem fere verbis traditur, simulque statuitur, hanc immunitatem eosque duraturam esse, donec non amplius propriam in loco judicij Cameralis haberint oecconomiam, aut viduæ sese civibus matrimonio junxerint. Liberis quidem, post institutam propriam oecconomiam, eandem stabilire voluerunt immunitatem, maxime vero contradixit Senatus Spirensis. (d) Assessoribus Camera in omnibus his privilegiis, æquiparantur assessores ac ministri senatus Imperii aulici. (c)

Camera Imperialis ac senatus Imperii aulicus.

(a) Ord. Regim. d. a. 1521. §. 32.

(b) ibi: Und soll daselbst Cammer-Richter, Urtheiler, Advocaten,

H

ten,



SECT. II. DE JURE VECTIGALIUM

ten, Redner, Schreiber, Boten, und alle andere Personen, zum Cammer-Gericht gehörig, und alle ihre Diener und ungefährlich Haußgefind, Umgebds, und Beschwärung frey seyn.

(c) P.I. T. 49. §. 1. 2. 3. 4.

(d) FRITSCH. in Elect. Jur. Publ. p. 2. c. 5.

(e) a. XXV. Cap. noviss. Wie sie dem auch wegen der Zölle, Steuern, und anderer Beschwerden bestreitig, den Cammer-Gerichts Assessoren gleich gehalten werden ic.

S. X.

Clerici.

Ordo nos dicit ad Clericos, quorum haud exiguis in immunitatum arguento est favor. His Constantinus I. Imperator primus immunitatem donasse fertur; (a) quam subseq[ue]ntes Imperatores varie auxerunt, confirmaruntq;. Hodie præcipuum illius fundamentum ex auth. item nulla communitas. C. d. Episc. & Cler. petendum est, ex qua apparet, non solum personas, sed & bona eccl. siastica ea gaudere immunitate. Ceteris tamen ea circumscripta est limitibus. Clericus enim circa alias, quam res victrici cultuque inservientes, mercaturam exercens, vectigalibus optimo jure subjicitur. Ino & insigne instituendum est, discrimen inter vectigalia, qua pro conservatione viarum solvuntur, & reliqua, eundem finem non habentia. Illis ob summum, quo gaudent, favorem, neque Clericos esse eximendos, provisum habetur l. 7. C. d. SS. Eccles. qua l. 40. C. Theod. d. Episc. & Cler. plane revocatur. Quo exemplo, frustra renitente pontifice, (b) ipsa quoque pedagia a Clericis iuste exigi, nota ZIEGLERUS. (c) Collineat huc textus Sächs. und Schwäb. LXX. (d) ubi immunitas expresse restringitur ad ea vectigalia, qua non pro conservatione viarum præstantur. In genere sciendum, omnem Clericorum

IN SACRO IMPERIO ROMANO.

59

corum immunitatem, quamvis plurimis ex causis maximopere suadenda sit, nihil tamen secius ex arbitrio ac definitione summae civilis potestatis, utpote cui, secundum vetera principia, Clerici omnino subsunt, originem trahere, ideoque & nostram Germaniam illis legibus, invitam haud obstringi. Falso igitur illa ex legum divinarum preceptis a pontificiis derivari solet. (c)

(a) In l. 8. C. Theod. d. Episc. & Cler.

(b) c. 10. X. d. censib. c. 4. d. censib. in 5.

(c) d. J. M. I. 2. c. 8. §. 2.

(d) l. 2. a. XXVII. Dafsen und ihr Gesind sollen Zollfrei seyn, sie fahren, reiten, oder geben, wo sie Schiffs und Brücken nicht bedürfen.

(e) c. 4. d. cens. in 6.

S. XI.

Ad Clericorum ordinem quodammodo referuntur. *Equites sacri.*

Equites sacri, quorum duo in Germania florent ordines, Teutonicorum ac Melitenium. Illi immunitatis sua a vetigalibus privilegium, a Frid. II. Imperatore derivant, quod a. 1221. concessum, exhibet LIMNAEUS. (a) Melitenium autem sive Johannitarum immunitas antiquior est, & (b) descendit ex privilegio Frid. I. d. a. 1183.

(a) In addit. ad Jus Publ. T. 4. lib. c. 2. n. 60. ut ipsi per totum imperium, nihil ratione portatici, plateatici, falangatici, ripatrici, telonci vel alicujus alterius exactio[n]is & juris &c. in terra, vel mari, vel fluminibus, solvere teneantur.

(b) recenset hoc KLOCK. de Vect. concl. 26. lit. B.

S. XII.

Sequuntur Academicci, qui sunt vel Doctores ac Pro-Academicci. fessores, vel studiosi; Illorum immunitas suudata est in l. 6. C. d. Prof. & Medic. qua tamen dispositio, multis in sta-

H 2

tuum



tuum territoriis, pro ea, qua pollenti legislatoria potestate, valde restricta deprehenditur. Non tam solido nititur fundamento studiorum immunitas. Quamvis enim vulgaris ipsius probatio, ex ant. habita C. ne filius pro patre, repetatur, ipsius tamen verba, ob nimiam suam generalitatem, obtorto collo hoc trahuntur. (a) Melius agunt, qui ad speciales cuiuslibet territorii leges ac consuetudines attendunt, qua plerumque ob insignem, quem studia merentur, favorem, studiosis immunitatem quandam a vectigalibus tribuere solent.

(a) ZIEGL. d. I. M. l. 2. c. 8. §. 8. & l. 2. c. 9. §. 3.

§. XIII.

*Nobiles Imperii
immediati.*

Imprianis autem & Nobiles Imperii immediati, immunitatem ab omnibus vectigalibus, ratione reddituum suorum, vieti ac cultui inservientium, a Ferd. I. a. 1559. impretrarunt. Varias a subsequenteribus Imperatoribus, obtinuerunt confirmationes, quas GOELNIZIUS (a) recenset. Confirmatio Rudolphi de a. 1609. extat ap. LIMNAEUM, (b) ibique Imperator in recentiis rebus, quarum ratione immunitate fr. i. de berent, his utitur verbis: Ihre Einkommen und Gefälle an Wein, Getränke, Grummät; Latius patent ea, qua WEHNERUS (c) aus der Be schwörung der Nieder-Stände, contra die Höhern Stand Franken exhibet. Recentiores adhuc hujus immunitatis confirmationes, a D. Leopoldo a. 1689. concessas, v. ap. LONDORPIUM, (d) ubi inter varia alia nobilitatis Imperii immediatae jura, immunitatis quoque a vectigalibus, speciatim fit mentio. Clarius haec omnia disposita reperiuntur in den Zoll- und Licent-Rollen de a. 1674. §. 9. & 6.

Hac

Hæc de nobilitate Imperii immediata. Nobilibus in genere, quatenus immunitas competat, patet ex *LN. l. 2. a. 27.* (e) Nec fere hodie attenditur in exigendis vectigalibus, immunitas, quæ ex l. un C. d. nund. mercatoribus, ratione mercium, ad nundinas allatarum, vel in iisdem comparatarum, a quibusdam vindicari solet. Maxima enim vectigalium lucra ex personis & mercibus, ad nundinas tendentibus capi, generalis fere Germania probat consuetudo.

(a) d. Vect. c. 3. n. 60.

(b) In Jur. Publ. l. 6. c. 3. n. 52.

(c) In Observ. pract p. 528. ibi: Dass die alten Römischen Kaiser und Könige, ultra alias immunitates, die Grafen, Herren und von Adel im Land Franken, mit der Immunität von Zöllen im ganzen Reich begabt, dass sie, alle ihre Haab und Güter, wie die im Reich durchgeführt werden, Zollfren seyn.

(d) Tom. IV. p. 431. & 445.

(e) Ibi: Ritter und ihr Gesind sollen Zollfren seyn, sie fahren, reiten oder gehen, &c.

S. XIV.

Constans apud Jureconsultos Romanos erat principium, quod de solis rebus, circa quas mercatura exerceretur, vectigalia exigerentur, ex quo ortum traxit. l. 5. C. d. vectigalia exigentur, ex quo ortum traxit. l. 5. C. d. maxia usum, res, proprii usus causa illata, immunes pronuntiantur. Hæc tamen dispositio, et si quoque Jure Canonico c. 4. de censib. in 6. quodammodo conformatum, ob contrariam in plerisque Germaniæ ditionibus consuetudinem, vix amplius observatur. Faretur hoc, omnibus ad hanc materiam spectantibus, prolixo pertractatis, GOELNIZIUS, (a) simulque assert privilegium

H 3

quod-

quoddam Maximil. I. d. a. 1518. quo Electoribus Palatinis, de omni vino, perterritorium suum, sive ad proprium usum, sive negotiationis gratia transvecto, vectigal exigendi jus concessit. Ex quo patet, supra allegatam Romanorum legem, ante plurimos jam annos in desuetudinem abiisse. Evidem citat autem existimat, justitia atque aequitati contraria hujus, in Germania receperat consuetudinis, gravissima obstat argumenta. Ingenue tamen fateor, me magnum ipsorum pondus haud concipere posse. Dicendum potius, hanc consuetudinem, ob publicum commodum introductam, maxime rationabili iuri fundamento, imo consuetudinem esse desinere, si expressis corroboretur legibus, quas in Germania extare, cum supra evincitur, tum etiam ex paulo accuratori, cuiuslibet territorii examine facile appareat. Nonnulla tamen antiqua hujus dispositio-
nis vestigia, apud nos superesse, nemo inficias ire potest. Quo spectant immunitates, quibus status Imperii, ad Comitia proficiscentes, ibique commorantes, ipsorumque legati, fruuntur. Habemus & in Saxonie nostra similem quandam constitutionem, qua possessoribus feudorum, ratione rerum, ad meliorationem feudi, ac familiae usum advectorum, imo fructuum feudi, venditionis ergo trans-
latorum, immunitas tribuitur. Ne tamen hoc sub præ-
textu fraudes fruerentur, testimonia prius exhibenda sunt,
qua vocantur Frey-Pasß Zettel.

(a) d. Vect. c. 3. n. 5. seq.

(b) Refol. Grav. d. a. 1661. Tit. von Cammer- und Rent-
Sachen. gr. 9.

(c) D. MENCK, ad p. 1097. utriusque auctoritate potest
mutatis solvitur nonnulla (a) 20. 30. 150. 200. 100.
-bella.

§.XV.

§. XV.

Inter res, a vestigalium præstatione immunes, pecunia-
liari Germaniæ consuetudine, pecuniam referri KLO-
CKIUS (a) & ENGELHARTUS (b) afferunt, quam op-
tionem ipsi defendendam relinquo. Ad minimum ex,
quibus COLNIZIUS (c) commotum se fatetur, rationes,
non omnes mihi adeo solidæ esse videntur, ut plenius
mereantur assensum. Potius exempla exteratum gen-
tium, exportationem pecunia plane prohibentium, satis
demonstrant, multo magis de illa vestigal exigi posse, nisi
putes, eam indicationem furtis & rapacis, allisque tardiis
ansam præbere.

(a) d. Vect. Concl. 14. lit. B.

(b) d. Vect. Concl. 60.

(c) d. Vect. c. 3. n. 3 seq.

§. XVI.

Nonnunquam accedit, ut dubium admodum sit, an
certæ quædam res ac persona a vestigalibus sint immu-
nes, nec ne? Quo casu merito queritur: An penes vesti-
gal constituentem, an penes exercentem, de immunitatibus
fundamento judicandi sit potestas? Huic duabus potissi-
mum ductus rationibus, illam afferere nullus dubito. Hic
enim, cum ex suis in concedendo vestigali factis petitis,
cum etiam ex ipso concessionis diplomate, optimam sen-
tentiam ferre potest, an res ac persona, de quibus lis agita-
tur, ab hoc vestigali eximantur, nec ne. Altera ratio versat-
ur in ipso commerciorum favore, qui omnes, vel personis,
vel rebus injectas remoras, plane respuit, quod fieret, si ve-
stigalis dominus, litis decisionem a concedente demum pe-
tere necesse haberet. E contrario hoc incommodum plane
cessat

cessat, si ipsi vectigal exercenti, omnem controversiarum, hac in causa ortarum, definitionem relinquamus, conf. l. ii. C. d. vectigal. Hac tamen ratione, haud quaquam omne Cæsaris atque Electorum arbitrium excludimus, sed potius eidem, mediante appellatione, locum concedendum esse putamus, si exercens, regulas iustitiae in judicando minus observans, propriæ utilitati nimis prospexerit, & ita limites sue concessionis transgredi ausus fuerit. Et quidem hoc adeo extendunt nonnulli, ut & sine ullo discrimine appellationem hac in materia competere credant, quamvis damnum exinde acceptum ad summam appellabilem, exercenti definitam, haud adscendat, quo insignem illum infra allegatum Ordinationis Cameralis textum trahunt. (a) Ne vero nostrum assertum, quo extra hunc casum, cuilibet vectigal exercenti, potestas de dubia personarum ac mercium immunitate judicium ferendi, tribuitur, plane incongruum videatur (cum quodammodo aliquem judicem in propria causa constitutus) illud si non probari, eleganter tamen illustrari poterit ex l. 2. §. 6. & l. 5 ff. d. jud. it. l. 2. ff. si quis in jus vocat, quibus de dubia judicis cuiusdam, intuitu certarum personarum vel causarum competentia agitur, & ipsi judici potestas relinquitur cognoscendi, utrum illæ ad suum forum spectent, nec ne, ita, ut & reum, ob dubiam hanc competentiam comparere recusantem, mandatis penalibus ad se sistendum adstringere queat.

(a) P. 2. Tit. 28. §. und sonderslich 2c. vers. doch sollen die Sachen.

§. XVII.

*Imunitatis
privilegia in-
terpretanda.*

Circa imunitatum concessiones, ut fisci præjudicium involventes, stricta obtinet interpretatio, cum privilegiis statuum, legitimo titulo, vel longinquæ possessione acquisitis, e diametro repugnant. Non igitur de imunitate, ab una

una vestigium specie, ad alteram argumentari licet. Imprimis vero hoc observandum, si de immunitate cuiusdam a vestigibus, pro refectione atque conservatione viarum solvendis, von dem Brücken- und Weg-Geld, quæstio moveatur. Cum enim hæc omnium vestigiorum sint æquissima, non temere, sine express. ipsorum facta mentione, immunitatem ab iis sibi vindicare potest, adeo, ut non sufficere credant plerique, aliquem in genere vestigium immunitate donatum fuisse. Afferit KNIPSCHILDIUS (a) præjudicium, ubi pronunciatum fuit, immunitatem a vestigibus, in genere concessam, non involvere immunitatem ab illis vestigiorum speciebus, quæ nomine des Brücken- und Pfaster-Geldes veniunt.

(a) d. civitat. Imp. l. 3. c. 13. n. 30. conf. l. 7. C. d. Sacros. eccles.

§. XVIII.

Alter modus acquirendi, ut jus vestigialis, ira & jus immunitatis, est præscriptio, cuius tamen, pro diverso personarum respectu, diversa quoque est ratio. Inter privatos, immunitas spatio X. annorum, secundum nonnullos præscribitur, a. l. i. ff. d. mund. alii consuetudine eam tolli contendunt, a. l. i. §. f. ff. aqu. & aquæ pluv. arc. act. C. d. excoct. & transl. mil. ann. R. I. Spir. d. A 1542. §. 16 altem Gebrauch nach, Contra principem vero lapsus 40. annorum requiritur, concurrente causa immunitatis, secundum l. 4. C. de Präscr. 30. l. 40. annor. j. l. 14. C. de fund. partim. cum immunitas ab oneribus hujusmodi, regulariter 40. demum annorum præscriptione acquiratur. d. l. 4. d. l. 14. j. l. 6. C. eod. Tabor. d. Metat. & epidem. Part. 3. sect. 2. th. 8 n.

De præscriptione immunitatis agitur.

§. XIX.

Modis acquirendi immunitatem opponuntur modi

Modi tollendi immunitatem.

I

ipsam

66 SECT. II. DE JURE VECTIGALIUM

ipsam iterum amittendi, quos, apud GOELNIZIUM (a) re-
censitos, ob facillimam ipsorum cognitionem, hic adduce-
re superfluum foret, ac radiosum. Illud tantum adhuc no-
tandum, quod per non usum quoque amittantur immuni-
tates, si occasio ipsis utendi sepe praebeuerit. Ubi quidem
ad instar juris nundinarum, (b) per non usum amittendi, de-
cem annorum spatium requiri, vulgo afferunt.

(a) d. Vectig. Cap. 3. n. 75. seqq.

(b) v. l. i. ff. d. nundin.

§. XX.

*In qua specie
solvatur ve-
ctigal.*

His principue momentis omne immunitatis absolvitur argumentum. Jam igitur faciliori negotio apparet, quænam res, ac quænam personæ, necessitati solvendi vectigalis subjiciantur. Ipsum autem vectigal solvit, vel in pecunia numerata, vel in certa ac determinata mercium parte, quod ex prima vectigalis institutione colligendum est, quamvis prius, universaliter omnium regionum consuetudine receptum esse videatur. In utroque tamen easi, sive mercium certa pars, sive pecunia pendenda sit, neque publicanus, in ictu solvente, unum pro altero exigere, neque hic, in ictu illo, unum pro altero solvere poterit. Consentiente autem Publicano, hoc fieri commode poterit, cum domini vectigalis non interstet, sive a publicano, sive ab altero, vectigal debitum accipiat. Quodsi vero incerta ea, quæ in vectigal pendenda est, moneta specie, mutatio aliqua accidat, tunc plerique, ad valorem temporis constituti vectigalis, respi-
ciendum esse putant. Hancque sententiam, apud Came-
ram Imperialem invaluisse, docet WURMSERUS. (a)

(a) Spé-

(a) In nuel. jur. contr. l. 3. t. 15. contr. 5. n. 17. Spectat hoc argumentum
c. 16. X. d offic. jud. ord. & 20. X. decens. ubi de duobus Juris Cano-
nici censibus disponitur, ipsos in moneta, ex tempore institutionis
estimanda, solvendos esse. Conf. KLOCK. d. Veci, Concl. 69.

§. XXI.

Ea autem, quæ de exactione diximus, non ita capien-
da, sunt quod exactio publicani, necessario solutionem vec-
tigalium precepit, sed potius quilibet, etiam circa illam,
merces immunes, quæ professione exemptæ videntur, securius
denuntiat, quamvis illud ex argumento l. II. §. 2. d. publ. ubi
navis ob illicitas ipsi, sciente domino, in positis merces, fisco
addicitur, secundum ZIEGLERUM, (b) non satis probetur.
Exactiōnem tamen non ita semper extendere licet, ut accu-
rata fiat perquisitio earum præsertim mercium, quæ ipsam
non ferunt, sed ideo corruptionis, aut deteriorationis peri-
culo obnoxia redduntur, quod exemplo vini ac cerevisia,
cujus bonitas per dolii aperitionem valde diminuitur, vulgo
illustrari solet. Cum tamen mercatores, ac alii in profitendis
mercibus, saepius circumveniant publicanos, his omnino fa-
cultas competit, in veram mercium quantitatē modis lici-
tis inquirendi. Quo & in primis spectat geranii jus, quod
jam supra cuilibet, vectigal percipienti assertum. Ex quo
enim vectigal cuidam concessum est, sine dubio etiam media,
ad illud, secundum concessionis formam exercendum necel-
faria simul concessa intelliguntur, inter quæ præcipuum fere,
instrumentum illud tractorium, quod geranium, Gran, ap-
pellatur, obtinet locum, modo sine gravi mercatura incom-
modo exerceri possit. Frequenter etiam ponderatio suscipi-
tur auf der Wage. conf. des Raths zu Leipzig Wag-
Ordnung §. wir verordnen. Statut. p. 121.

(a) l. 16. §. 3. 9. 12. q. d. publ. (b) d. I. M. l. 2. c. 12. §. 6. 7.

§. XXII.

*Quia omissa,
pœna commissi
obtinet.*

Quodsi vero quis debitam mercium professionem neglexerit, pœnam luit commissi, de cuius vocis etymologia hic minus solliciti, (a) notamus, quod commissa sint res, que ob defraudationem vectigalis, fisco ipso jure acquiruntur. Professione mercium duplici consideratur ratione. Velenim ea plane omissa, vel ita facta est, ut effectu destituatur, quod tunc sit, si quis post factam professionem, dolose recedat, & ita vectigal adhuc defraudare conetur, & utroque casu pœna commissi infligitur. In pœna vero commissi infligenda, non ad defraudationis effectum, sed solum ad ipsius intentionem respicitur, cum alias illa nunquam executioni mandaretur, si defraudatores, detestis fraudibus, vectigal adhuc solvendo, illa se liberare possent. Aliter se res habet, si dominus mercium, merces suas quidem profiteatur, publicanus autem ipsum sine solutione vectigalis, libere discedere patiatur. Quo casu, dominus pœna commissi liberatur, & publicanus eo nomine fisco obstringitur. (b) Ab hac tamen regula, professionem omnibus sub pœna commissi injungente, quædam exceptæ reperiuntur personæ. Ita pupillo, intra 30. adhuc dies vectigal inferenti, eadem remittitur, (c) quo beneficio & minores, in sola professione errantes, gaudent. (d) Imprimis vero, & militibus privilegium tribuitur, (e) ne ob professionem mercium omissam, pœna commissi subjicerentur.

(a) I. ZIEGL. d. I. M. l. 2. c. 12. §. 1.

(b) I. ult. §. 12. d. publ.

(c) I. 7. §. 1. eod.

(d) I. 16. §. 9. eod.

(e) I. 3. C. d. vect.

§. XXIII.

§. XXIII.

In definiendis ipsis rebus, in commissum cadentibus, *quænam res* distinguendum erit inter vectigalia, quæ ratione mercium, & *in commissum* *cadant,* ea, quæ intuitu jumentorum, curruum aut navium, exiguntur. In illis subdistinguendum, an dominus merces non professus sit, an vector illud omiserit. Illo casu, non merces solum, sed & nonnunquam currus & equi, commissi poenæ subjiciuntur. Hoc autem, non similis observatur rigor, cum negligentiæ, malitiaque vectoris poenas, innocens mercium dominus minime luere teneatur, quod & præter juris naturalis dictamina, ex a. l. 8. l. l. II. §. 2. & l. f. 5. II. ff. d. publ. probari solet. De pari Camera Imperialis observantia testatur KLOCKIUS. (a) Expressa hujusmodi dispositio extat in Ordin. Polit. Magd. c. 5. §. 5. (b) Idem multo magis asserendum, si de jumentis, curribus, aut navibus solum vectigal solvatur. Ast cum tercia vectigalium existat species, eorum scilicet, quæ de personis solvuntur, definitum, quænam in illis defraudati vectigalis poena obtineat. Puto, poenam arbitriam, vel pecuniariam, in locum poenæ commissi surrogari, ita, ut forte hic dispositio LXX. l. 2. a. 27. infra excutenda, locum invenire queat. Pertinent autem regulariter es commissæ ad vectigalia exerceentem a. l. I. 4. ff. d. publican.

(a) Concl. 89. lit. B.

(b) So soll dennoch der Eigenthums-Herr, die Schuld und Nachlässigkeit der Fuhrleute, welche er uns Lohn gedungen, wie auch seiner Knechte, wenn er ihnen angedeitet, den Zoll nicht zu verfahren, sondern hierunter alle Behutsamkeit zu gebrauchen, zu büßen nicht schuldig seyn.

§. XXIV.

Modus, quo res commissæ fisco requiruntur, est plane singularis. Acquisitio enim sit ipso jure, ita ut statim ac vectigal *Quomodo illæ* *fisco acqui-* *rantur.*

SECT. II. DE JURE VECTIGALIUM

defraudatum fuit, res, de quibus illud solvi debuisset, resoluto veteris domini jure, in fisci transactant dominium. Cum autem dupli ratione, pena ipso jure inflatur, ita, ut vel sententia praecedere debeat declaratoria, vel sine ea, statim omnia penae capita executioni dentur, quid circa commissi penam obrineat, videndum. Non levibus argumentis eorum nititur sententia, qui declaratoriam requirunt sententiam. Dominum enim ac possessionem adeo semper legibus distinguunt, ut de translatione unius, ad translationem alterius, haud validum ducatur argumentum. Nihilominus tamen communis fere Imperii docet praxis, (a) fiscum per publicanos, proprii auctoritate, rerum commissarum apprehendere possessionem. Id certum est, statim competere fisco rei vindicationem contra quemvis rei, pena commissi subjecta, possessorem. Translationis autem dominii, ipso jure facta, insignem quoque conspicimus effectum, in transitione penae commissi in hæredes simul possessores, eosque tam veros, quam fictos. Quodsi autem res plane non, vel non tota ad hæredem pervenerit, distinguendum est, an lis cum defuncto sit contestata, nec ne. Illo casu pena recte ab hærede petuntur. (b) Hoc autem ad lucrum, exinde captum reddendum obstringitur. (c) Ne tamen dura hæc commissi pena nimis late pateret, terminus ipsi quinquennii positus est, (d) quo clatio, omni sua vi destitutur, nisi lis fuerit contestata. Quo tamen ipso, non simul petitio vectigalis prescribitur, utpote que nullus plane temporis subjicitur prescriptioni. (e)

(a) Testantur de ea PISTOR. Vol. 2. Concl. 48. n. 18. KOEPPEN. decil. 30. & HARTM. HARTMANNI. l. 2. Obs. 1. Conf. COLER. in proc. execut. p. J. c. 3. v. 84. v. ZEGL. l. 2. c. 12.

(b) l. 16.

- (b) I. 16. §. 13. d. publ. v. ZIEGL. I.c. l. 2. C. d. vest. I. 164. d. R. J.
 (c) I. un. C. ex delict. defunct. do ilquibusq; ancoq; mutoh
 (d) I. 2. C. d. vest. ~~enq; mutoh~~ bilda og. in flumol mutoh
 (e) I. 6. C. d. praefer. 30. I. 40. annor.

§. XXV.

Finis poena commissi est omnis dolii, omniumque quando illa fraudum coercitio. Ex quo conficitur, eandem, dolo cef. *cet.*
 sante, & errore saltem intercedente, pariter vim suam
 haud exserere, sed dupli saltem obtinere solutionem. (a)
 Erroris vocabulo hic non ignorantia continetur, sed hac
 a poena commissi non liberat, (b) cuius differentiaz, hanc
 speciosam ZIEGLERUS (c) tradit rationem, quod error,
 secus ac ignorantia, culpa vacaret, ac perversam vestigialis
 notitiam, voluntatemque illud solvendi suppone-
 ret, quæ tamen ratio, an pro sufficiente haberi queat,
 imprimis, cum error sit species ignorantiaz, & in hoc er-
 rore ignorantia occurrat, cuiusvis proprio felinquo judi-
 cio. Saltem hodie, inter ignorantiam supinam ac invo-
 luntariam, saepius differunt constitui, antiquumque illam
 rigorem mitigari deprehendimus. Casus specialis, ubi quis
 ob tempestatem, ad locum vestigialis accedere non potuit,
 I. 16. §. 8. d. publ. continetur. Plures alios casus, ubi poena
 commissi cessat, v. ap. SIXTINUM. (d)

(a) I. 16. §. 10. d. publ. Doli probationem vestigial exercens in
 fe sculpere tenetur. Absolvitur ea conjecturis, quarum
 plures v. ap. MASCARD. d. probat. Concl. 473.

(b) I. 16. §. 5. cod.

(c) d. J. M. I. 2. c. 12. §. 9.

(d) d. Regal. I. 2. c. 6. n. 174. seq.

§. XXVI.

Magnū poenæ commissi obstare videtur argumentum de-
 sumtum, ex L. I. 2. a. 27. (a) ubi statuitur, ut in defraudatio- *Removetur*
argumensum
nem. ex a. 27. l. 2.

nem vectigalium aquaticorum, & ob pontium usum solvendorum, poena quadrupli, ob defraudationem autem vectigalium forensium, 30. solidorum poena obrineret. Nonnulli tamen, notante ZIEGLERO, (b) hunc textum de culposa tantum, ex ignorantia & errore descendente vectigalis defraudatione, accipere malunt, ita ut peculiarem, dolosis vectigalium defraudatoribus reservent poenam. Utus sit, tota haec dispositio hodierno Germaniae usū vix amplius servatur, (c) pariter ac illa Juris Svecici, (d) qua per trium horarum spatiū expectare, & publicanum clara voce advocare jubetur vectigali subjectus.

(a) Wer Brücken- und Wasser-Zoll verfähret, der soll ihm vierfältig vergelten. Wer Markt-Zoll verfähret, der soll dreyzig Schilling zur Busse geben.

(b) l. 2. c. 12. §. 14.

(c) Id. l. c. 12. §. 14.

(d) c. 214. Ist niemands aber, der Zoll fordert, der Kaufmann soll drey Stunden rufen nach den Zoller, so er allerlauest mag, und ist niemand da, so soll ers Gott ergeben, und seine Strafe fahren.

§. XXVII.

*Quoniam in
contumacis
competant
remedii.*

Ad hanc commissi poenam executioni mandandum, requiruntur remedia, quibus relinquentium fuga impeditiri, ac prohiberi possit. Hinc vectigal exercenti facultas competit pignora capiendi, ac contumaces detinendi, donec officio suo satisficerint. Quæ remedia non hoc solum casu, sed & tunc adhiberi poterunt, si post professiōnem factam, vectigal solvere renuant. Quod & legibus Imperii adeo permittitur, ut ad implorationes contumacium, sub prætextu injustæ sibi illatae violentiæ, querelas moventium,

tium, nulla a summis Imperii iudiciis decernantur mandata inhibitoria. (a)

(a) R. J. d. a. 1594 §. 82. Wollen wir, daß die constitutio arrestorum ad illicita arresta facta, quæ sunt propria auctoritate, sine cognitione causæ, und die ihrer Eigenschaft nach, wahre und in Rechten verbotene Arreste genemnet werden, zu verstehen, und ad licita de jure permitta arresta, welche rechtmäßig erlangten, und gewöhnlichen Zolls halben, sich zutragen möchten, nicht zu extendiren sey. conf. Cammers Gerichts-Ordnung. d. a. 1555. p. 2. t. 22. § 38.

§. XXVIII.

Insignis quoque, omnes vestigialum defraudationes præscindendi modus, est institutio vestigialum subsidiarium germ. Wehr. Zölle. Hac a quolibet vestigal exercente recte eriguntur, cum non novum contineant onus, sed solum illud, quod vero vestigalis loco haud solutum fuit, adhuc exigatur. Iis igitur, qui vestigal debito loco jam præstarunt, liber in illis conceditur transitus. In finibus plerumq; ac claustris territoriorum constitui solent, ubi Omnes transeuntes, aut testimonium soluti jam vestigalis exhibere, aut illud adhuc solvere tenentur. (a)

(a) v. COCCOEJ. Jur. Publ. c. 23. §. 45.

§. XXIX.

Dicitur Cum vero publicani demandata auctoritate sibi abutantur, ac illicita, multis cum vexis exigant vestigalia, Modis coercendo et publicano- ex quā est, ut efficaces eorum militia reprimenda permit- rum militians exponuntur. tantur actions, quarum, pro ratione eorum, quā rem

1010

K

cir-

circumstant, diversa est facies. Dispensi quam commodissime poterunt in communes, quæ publicanis cum aliis delinquentibus communes sunt, & proprias, quæ non nisi in publicanos competit, & quibus speciatim ipsorum refractari malitia. Ad illas pertinet actio vi bonorum raptorum in quadruplum, itemque actio furti manifesti, nec non damni injuria&c. (a) in quibus tamen singulis necessariae supponenda sunt circumstantia. Mitiorem actionem l.f.s.f. d. publ. iis suppeditar, qui ultra debitam quantitatem aliquid solverint. Generales quoque actiones, e. g. conditionem ex Credintegranda 3. c. 3. qu. 1. & ex c. sape X. d. restit. spoliat, nonnunquam intendi posse, extra omnem positum est dubitationem. Speciale autem contra publicanos, eorumque familiam, omnesque illorum nomine illicita exigentes vectigalia, (b) remedium ac edictum extat in I. i. d. publ. vi eius intrâ annum ad duplum, post annum vero ad simplum rerum, sine vi ablatarum, agere licet. Non tamen mere penal is est hæc actio, sed mixta, siquidem duplo res ipsa inest, ejusque persecutio. (c) Quod si vero vis quædam a parte publicani intercesserit, in quadruplum crescit hæc actio. (d) Ab utraque tamen, cum dupli, tum quadrupli præstatione, se se liberare potest, rem ablatam vel ante, vel post acceptum judicium, i. e. vel ante, vel post contestatam item, ante sententiam tamen condemnatoriam, restituendo. (e) Tanquam singulare hujus actionis caput, notat Dn. BERGER. (f) quod non qualitatis exactionis, e. g. doli, probatio leso incumbat, sed quod sufficiat, ipsum tantum exactionem, aut damni illationem demonstrasse. Usum vero ac observantiam hujus actionis in foro Germanico, laudatus auctor

IN SACRO IMPERIO ROMANO.

75

ctor una cum SCHILTERO (g) multis rationibus firmare contendit.

- (a) I. I. §. 3. 4. d. publ.
- (b) I. I. §. 5. l. 12. §. 2. eod.
- (c) I. 5. §. 1. eod.
- (d) I. 9. §. 5. eod.
- (e) I. I. §. 4. l. 5. pr. eod.
- (f) Vsu action. p. 101.
- (g) Exerb. 42. th. 46.

§. XXX.

Ad jura vestigial excentis ultimo loco referenda, iuris exigendi vestigalis, contra exercitium ejus impedientes, facienda assertio, cuius intuitu varia competunt actiones. Imprimis huc spectat actio confessoria, utpote quæ intra angustos servitutum terminos minus subsistit, sed in omni jure afferendo quam utilissime applicatur. Sic & possessio juris exigendi vestigalia, omnibus interdictis, ad res incorporales sive jura quadrangularibus, recte defenditur, obtinetur ac recuperatur. (a) Quod si duo Imperii status, de possessione vel quasi juris exigendi vestigalis, inter se contendant, & metus armorum atque violentia imminent, tunc omnino ea, quæ in Ordinatione Camerali, (b) hoc in casu de omnibus iuribus disposita reperiuntur, ad jus etiam vestigalia exercendi, trahenda sunt, ita ut Camera statim utrique parti, possessionis arreptione interdicere, atque interea usque ad finem litis, sequestrationem decernere possit.

(a) KLOCK, d. Vestig. Concl. 92. lit. E. ENGELHARD.

Concl. 29. lit. D.

(b) d. a. 1555. p. 2. f. 21. §. 1. & §. f.

K 2

§. XXXI.



§. XXXI.

*Officium vecti-
gal exerceenti-
um explicatur.* Expositis iuribus vectigal exerceentium, ad ipsarum obligationes transeundum, quæ pro duplici vectigalium fine, pariter duobus absolvuntur momentis. Tenentur enim, cum vias, quarum intuitu vectigal solviur, reficere ac conservare, tum etiam plenam in iisdem, vectigal pendentibus præstare securitatem. Vtrumque R. I. d. an. 1287. (a) vectigal capientibus injungitur, & illud quidem his verbis: *Allen die Zölle nehmen auf Wasser und Land, die sollen den Wegen und Brücken ihr Recht halten, mit Machten und mit Besserung.* Maxime vero ob neglectam viarum conservationem, in comitiis conquestum luisse, docent acta publica apud Cl. LUNIG. (b) Securitatis publica præstatio his continetur. Rec. verbis: *und von denen sie die Zölle nehmen, sollen sie beleiten nach ihrer Macht, als ferne ihre Gewalt geht, daß sie nichts verlieren.* Simulque poena amittendi vectigalis, in triplicem harum legum transgressor statuitur. *Wer dis dreymal bricht, wird er seyn überzeuget vor Gericht, als recht ist.* *Der Zoll soll dem Reich ledig seyn.* Quod si, non præstata hac securitate, vectigal solventi, culpa ac negligentia vectigale exerceentis, damnum inferatur, illud ipse resarcire tenebitur. (c) Qua de re clara in L.R. I. 2. a. 27. ac R. J. d. a. 1556. §. 34. (d) extat dispositio. Neque hic distinguendum esse existimo, an salvus conductus promissus fuerit, nec ne, cum eo ipso, dum vectigal accipitur, accipiens ob arcifissum obligationis reciproca vinculum, ad dannorum, sua eulpa datorum restitutionem, se obstrixisse crederatur. a. I. 10. ff. d. R. J. Imo nec expressam salvi condu-

XXXX.

etius

casus denegationem ab obligatione, quæ statim ac pecunia pro eodem obtinendo solvitur, reciproca sit, aliquem liberare, sed hoc casu, mandata a Camera Imperiali decreta fuisse, docet Sixtin. d. Regal. l. 2. c. 2. n. 37. Frustra dissentit BOCER. d. Reg. l. c. 2. n. 156. Itaque, si solita latronibus coercendis adhibita fuerint media, & nihilominus, vel vi majori, vel alio casu, qui non prævideri ac præcaveri potuit, vectigal solvens damnum passus sit, tunc ejusdem restitutionem non recte petit. Non enim, nisi ad solita media applicanda, vectigal exercens obstringitur, ira, ut ipse minime omnibus casibus fortuitis præstruere, & forte perpetuum, contra latronum, aliquando suscipiendas incursiones, alere teneatur exercitum. Qua tamen in re, nulla generalis constitui potest norma, sed potius cuiuslibet territorii ratio indaganda, & inde colligendum est, quænam pericula secundum probabilitatem moralem imminent, & prout hæc, vel majora, vel minora existunt, remedia etiam, occurrentis his periculis sufficientia, sollicite conquirenda sunt. (e) Ea vero vectigal excentris obligatio eo usque durat, donec spoliatus, relicta via regia, cuius intuitu vectigal solvit, der Heer- und Land-Strasse, aliis viis minoribus incesserit. (f) Merito igitur notandus venit KOEPPENIUS, (g) limitacionem adjiciens in casu via Regia, a latronibus infestata. Vel enim secure iis incessit, vel a latronibus spoliatus est. Illo casu res bene fese habet. Hoc autem, cum & privata, & regia via a latronum incursionibus quidem haud secura fuit, spoliatus autem, ob securitatem in hac, non in illa præstandam vectigal solvit, etiam

K 3

nop


non recte restitutionem damni, in via privata ac diffusa
accepti, exigere poterit. (h)

- (a) LEHM. Chr. Spir. l. 5. c. 109.
- (b) Reichs-Archiv. T. I. p. 507.
- (c) Wem er aber Gelaydt giebt, den soll er vor Schaden be-
wahren binnen seinen Geleydt, oder er soll ihm den Schad-
den gelten.
- (d) Dass der Stand, si solches Geleit gegeben, nach Gestalt
solches Gelaytis, dem Beschädigten seines Schadens Er-
stattung zu ihm schuldig seyn soll. vid. GOELNIZ. p. 216.
Conf. Generof. Du. a SECKENDORFF im Deutschen Für-
sten-Staat. p. 3. C. 3. Regal. 3. n. 3. GAIL. 1. 2. Obl. 64.
MYNSING. Cent. 3. Obl. 70. ANDR. KNICHEN. d. Saxon.
non prov. jure. b. 5. n. 80.
- (e) ZIEGL. d. J. M. l. 2. c. 13 §. 5.
- (f) R.J.d. a. 1548. §. 20. & d. a. 1555. §. 54.
- (g) Decif. 37. n. 10.
- (h) v. GOELNIZ. c. 4. n. 79. se qq. ubi adhuc alias prædictæ re-
gulæ recitat limitationes.



Leipzg, Diss., 1723 A-J





B.I.G.

P. 135
1723, 12^a

EXERCITATIO JURIS PUBLICI
DE
JURE VECTIGALIUM
IN SACRO IMPERIO
ROMANO

AD
ILLUSTRATIONEM ART. VIII.

CAPITUL. CAROLINÆ

QUAM

CONSENSU MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
PUBLICÆ DISQUISITIONI

D. IX. JULII ANNO MDCCXXIII

H. L. Q. C.

SUBJICIUNT

PRÆSES

FRIDERICUS ABRAHAMUS
DE HOPFGARTEN

EQUES THURINGUS

ET
RESPONDENS

GODOFREDUS HEINRICUS
A NIZSCHWIZ
EQUES MISNICUS

LIPSIÆ
RECUSA 1742

KÖNIGFRIED
UNIVERS.
ZVHALIE